Digitized by Google

NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
8
42 C
26
ROMA

Digitized by Google

8.42 e 26

MANVELIS CALECÆ.

VIRI DOCTISSIMI, CONTRA GRÆCORVM ERRORES, LIBRI QVATVOR.

Olim

LATINE VERSI, AB AMBROSIO CAMALDVLENSI;



Nunc

EX BIBLIOTHECA BAVARICA, IN LVCEM PROLATI, ET NOTIS ILLVSTRATI,

A

PETRO STEVARTIO, LEODIO, SS THEOLOGIAE D. PROfessore, & Academiæ Ingolstadiensis Procancellario. &c.

Ad

REVERENDISSIMVM, ET ILLVSTRISSIMVM PRINcipem, ac Dominum Dominum IOANNEM CONRADVM Episcopum Eystettensem &c.

Ex legato

Ill.mi Comitis

INGOLSTADII,
Ex Typographia Ederiana, apud Andream Angermarium.

M. DC. VIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO, ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO, DOMINO IOANNI CONRADO, Eccleſiæ Eyſtettenſis Epiſcopo, Academiæ Ingolſtadienſis Cancellario perpetuo, Dn. ſuo Clementiſſimo.

PETRVS STEVARTIVS LEODIVS.

QVI corpus ab ægritudine affectum habent, inquit Alexius Comnenus, Imperator Conſtãtinopolitanus, & medicæ curationis indigent, Si hoc ipſum norunt, ſe ſcilicet ægrotos eſſe, ac morbũ ſuum ſi ſentiunt, facilius à Medicis curantur. At verò, qui ob morbi magnitudinem prorſus doloris expertes ſunt,

Alex. in Nouella de ſacris vaſis.

Digitized by Google

ac ne quidem ægrotare ſe ſciunt, ij tùm ſibimetipſis, tùm etiam Medicis multum negotij faceſſunt: Idem & in animi morbis eſt videre, noſq; adeo qui peccamus, partim in malorum gurgitem prolapſi, hoc ipſum negligimus, & à magnitudine ſcelerum victi, ne quidem peccare nos ſentimus, malo ſcilicet habitu in naturam tranſeunte.

Præclarè hæc Imperator, Reuerendiſsime & Illuſtriſs. Princeps: *& quamuis hoc in omnibus animi ægritudinibus euenire poſsit, potiſsimum tamen accidit in* Hæreſi & Schiſmate *duobus grauiſsimis & plane exitialibus animorum morbis, quorũ vi adeo multi mortalium dementantur, & ab omni ſenſu abalienantur, vt tùm ſe fortunatiſsimos & beatiſsimos æſtiment, cùm in eo ſtatu verſantur; quo nullus periculoſior & interitui vicinior fingi queat. Et cùm rem accuratius perpendo, propriam Hæretici & Schiſmatici iudico illam gloriationem*: Diues ſũ, & locupletatus, & nullius

lius egeo. *Quid verò Deus?* Et neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Apoc. 3.

Quæ conditiones, eximiè in Hæreticos & Schiſmaticos quadrant. Omiſſis noſtris Nouatoribus, de ſolis ſchiſmaticis Græcis loquar. Quid illis miſerio? quid miſerabilio? quid egentio? quid cæcio? quid ab omni doctrina, cultu, humanitate nudius? quid peſtilentiſſimis morbis infectius? Et tamen hanc ſuam egeſtatem & mendicitatem, hanc ſuam cæcitatem, hanc ſuam nuditatem, hanc ſuam deploratam ſemperq; deplorandam valetudinem, non modò non animaduertunt, ſed & inſuper, ſe beatos florenteſq; reputant; & illis, qui opem ferre volũt; inſultant, omnemq; aditum occludunt, præſertim ſummo Eccleſiæ Paſtori, Chriſti Vicario, Petri ſucceſſori, in quem tot conuitijs & criminationibus debacchantur, vt neq; Luthero, neq; Caluino, neq; aliis noſtri æui Sectariis odii in Papam acerbitate & immenſitate quicquam concedant, vt teſtatur teſtis oculatus, Antonio Caucus, Archiepiſcopus Corcyrenſis, & Gennadius, qui inter reliqua, etiam hoc: Quidam adeo

Ant Cauc. in epiſt. quadam præfixa Gennadio, pro Conc. Flor.

adeo ſtolidi ſunt, qui apertè Latinos Hæreticos eſſe dicunt, & Papam, præter cæteros omnes: ideoq; vnionem refugitis, neq; Papæ memoriam audire, neq; qui vnionem ex veſtris Sacerdotibus amplectuntur, videre ſuſtinetis, neq; qui cum ipſis communicant, omnino pro Chriſtianis habetis: Et ſi fortè contingit, vt in aliquod incurratis, quod vos Papæ commonefaciat, panem oblationis non accipitis, ſed furijs agitamini, ac dentibus aduerſus ipſos Sacerdotes ſæuiſſimè infrenditis, & Iudæis deteriores eſſe putatis. *Idē ſatis liquidò apparet ex Manuele Caleca, noſtro præſertim ex quarto eius libro.*

Hic fortaſſe quaret Ill. Celſ. V. *Quid hominis Caleca? Paucis exponā. Auctor doctiſſimus, & Latinorum dogmatum contra Populares ſuos Græcos propugnator acerrimus: dignus qui diutius in tenebris nō deliteſcat, ſed in publicum prodeat, ſuamq; ſtationem & ſeſſionem in eruditorum conſeſſu ac ſenatu obtineat. Auctor*

eſt

est dignus, qui Illust. Cels. V. *offeratur & dedicetur, idq; siue ipsum Calecam, siue argumentum, quod exequitur; siue Interpretem eius; siue me; siue Bibliothecam, ex qua educitur; siue locum, ex quo offertur; siue deniq;* Illustr. Cels. V. *considerem. Caleca ipse, scriptor est eruditissimus, & mirae subtilitatis. Quidni ergo offeratur Principi & Praesuli literatissimo, cui illud D. Pauli Timotheo datum praeceptum;* Attende lectioni. *ita in mente insedit, vt. semper in euoluendis veterũ monumentis partem aliquam temporis ponendam insumendãq; existimet?*

Argumentum *Calecae prorsus est diuinum ac caeleste: Processio nimirum spiritus S. ex patre & filio, & alia nonnulla religionis capita, de quibus Graeci Latinis litem mouent. Quorsum aptius & conuenientius disputationes de fidei controuersiis ablegarentur, quám ad religionis Christianae Antistitem; vnum ex eorum numero, ad quorum subsellia harum quaestionũ notio & diiudicatio propriè spectat?*
Interpres est Ambrosius Camaldulensis, vir &

eruditi-

Digitized by Google

eruditione, & morum integritate clarus. qui ſummo Pontifici Martino V. verſionem ſuam inſcripſit. Rectè igitur ac ordine fit, ſi & nunc tàm Caleca, quàm Interpres ad eum mittatur, cui itidem portio gregis Dominici, ſub vniuerſali illo paſtore paſcenda obuenit.

Deme verò, qui ſum Calecæ & Interpretis editor & in lucē aſſertor, proloquar an ſileā? hæreo. Si quid loquar, vereor ne pro magnitudine rei nimis exiliter & tenuiter loquar. Triginta & quod excurrit annis in Diœceſi Eyſtettenſi dego, quo temporis interuallo, tot ſunt in me collata beneficia, partim ab Illuſt. Celſ. V. *Anteceſſore* Martino, *ſempiternæ memoriæ, Principe & Præſule, partim* ab Illuſt. Celſ. V. *partim ab aliis Eyſtettenſis Diœceſeos proceribus, vt cum nullā rationem pares gratias, vel agēdi, vel habendi, vel referendi inueniam, conſultiſſimum cenſeam, hæc omnino ſacro ſilentio velare, & velando venerari.*

Inter Canonicos ad S. V Villibaldi, & inter Profeſſores V Villibaldini Collegii locum optimus ille Princeps dedit, & poſtea totius Collegii

gii curã & administrationẽ, luculẽto salario, insigni prorsus mihiq; semp colẽda & deprædicãda liberalitate ac beneuolentia conmisit. Quo in munere, cùm aliquot annos iucũdè &, vt spero, non infructuosè posuissem, Ingolstadiũ veni; vrbe, non Diœcesi mutata, vocatu Sereniß. Principis, ac Dn. Dn. Wilhelmi, *vtriusq; Baiariæ Ducis, Domini mei Clementißimi, &c. vbi ab Anno Redemptoris M. D X X C I V. huc vsq; degens & Parochiæ Mauritianæ meam qualem, qualem operam nauaui, & etiam num nauo; porrò quoq; eandem nauaturus, quoad Deus vitæ vsuram concesserit.*

Neq; tamen ob hanc loci & conditionis mutationem, mutata est, Præsulum Eystettensium in me humanitas, vt notum omnibus; imò si palàm & liberè profitear; eam ab Illust. Cels. V. *magnis incrementis fuisse adauctam, & cumulatam; officiũ grati hominis & benefactorum memoris, ni fallor, fecero. Cum enim ante quadriennium, post obitum Clarißimi & amplißimi viri, Doct.* Alberti Hungeri, *Academiæ nostræ Procancellarii, Sereniß. Princeps,*

ac Dominus meus clementiſs. Maximilianus. *vtriuſq; Bauariæ Dux &c. per literas, ad Vicecancellariatum Academicum* Celſ. V. *me nominaſſet & commendaſſet, quàm beneuolè, quàm prompte, quàm amanter,* Celſ. V. *Vicecancellariæ functionem mihi tradidit, meq; partes ſuas in Academia, & præcipuè in Academicis honoribus decernendis, obire voluit, addito de more Canonicatu in cathedrali templo; vt qui olim S. VVilibaldi canonicus fuiſſem, nunc grandior natu, Eccleſiæ primariæ primoribus inſererer & annumerarer. Ab eo tempore, quando vnquam Celſ. V. bene de me merendi finem fecit?*

Cum igitur Eyſtettenſi Diœceſi & imprimis Celſ. V. *tot nominibus ſim obligatus; annō decuit, vt tandem publicè teſtatum facerem, quicquid benignitatis in me plena manu congeſtum eſt, id nequaquam in vas pertuſum congeſtum eſſe, ſed in illum animum, qui grata recordatione, & externa itidem ſignificatione, ſi occaſio ferat, benefacta aliquantulum compenſare didicerit, & ſi ipſe non ſufficiat, adiutorē ſibi quempiam*

piam adſciſcat; ſicut & ego iam adſciſco Manuelem Calecam, de Latina Eccleſia præclaris lucubrationibus præclarè meritum.

Bibliotheca ex qua nunc Caleca in publicum theatrum prodit, eſt Bibliotheca ſereniſſ. Principis noſtri Maximiliani. *In hac enim, hactenus Latina translatio Ambroſii Camaldulenſis aſſeruata fuit, in Codice Florentiæ, vt appareret, ſcripto, & forſan ex autographo & chirographo ipſius Camaldulenſis ſumpto. Annon & hoc titulo* Celſ. V. *debetur Caleca? Quandoquidem arctiſſima cum ſereniſſ. Bauariæ Principibus* Celſ. V. *neceſſitudo intercedit; Et cur non intercedat? cum Diœceſis S. VVilibaldi, partim ſit in ipſa Bauaria, Catholicorũ Principum, progenitrice & nutrice, partim Bauariæ fines attingat? Locus editionis, hoc eſt, alter locus ortus, & quaſi natiuitatis Caleca, eſt Academia Ingolſtadienſis,* Celſ. V. *tanquàm Cãcellario ſuo addictiſſima: Et certè plus debet Caleca Ingolſtadio, vnde in publicum prodiit, quã Florentiæ, vbi à Camaldulenſi in Latinam linguam verſus videtur. Nondum excidit Aca-*

demiæ noſtræ ſingularis illa Celſ. V. humanitas, cum huc ſe contulit, vt Ingolſtadienſes Iubilæi à Clemente Pontifice Max. conceſſi participes redderet, remq; diuinam in Aede academica D. virginis ſolenni ritu & ceremonia, maximo apparatu, & circumiacentium populorum maximo accurſu faceret, vt templum illud, quãtumuis alioqui capaciſſimum, capiendæ tantæ multitudini minimè ſuffecerit.

Deniq; ſi Celſ. V. ſpectem, omnino Caleca debetur ei Principi, cuius ſingularis prudentia, & in rebus agendis dexteritas, non ipſi duntaxat ſummo Pontifici probata, ſed etiam diuerſis Ampliſſimorum Principum ordinibus laudata eſt. Quid, quod cautè & vigilanter ex S. VVilibaldi monte, (qui nuper aſpectu horridus & ſterilis, nunc Celſ. V. ingenio & induſtria eò feracitatis prouectus eſt, vt omnis generis fructus floreſq;, etiam peregrinos, magna omnium admiratione, proferat) proſpicit, ne quid detrimenti pax & quies publica capiat, gliſcenteſq; diſcordiæ fibras, in ipſa radice euellit, inq; totam ſuam Diœceſim, oculos intendit, vt non ſolùm aurea D. VVillibaldi ſæcula redeant, (quibus redeuntibus, in orcũ, vnde exſtitit, hæ-

reſis

reſis reditura eſt) verum etiam ita domui ſuæ præeſt, vt Eccleſiæ Dei, ſe diligentiam habere *teſtetur; Quod luculentis argumentis facilè ab iis confirmari poſſet, quibus* Celſ. V. *uigilantia, dexteritas, magnificentia eſt perſpecta. Ex iis enim ſumptuoſa illa, inter eius alia præclara opera, ſupellex, quã, partim templo ſuo Cathedrali, ad ſacrorum auguſtiorem operationem, tanquam Antiſtes conſecrat: partim quoq; Aulæ Epiſcopalis vſibus & ornamentis deſtinat. Quæ certè omnia ad non dubiam Eyſtettenſis Eccleſiæ vtilitatem, ac commodũ; nominis verò ſui ac familiæ, q̃ tot, & tã inſignes Antiſtites Eccleſiæ Dei progenuit, perenne monumentum prouentura, nemo non videt, qui prudẽs & beneuolus rerũ æſtimator fuerit. Nec quidquã amplius addo, quàm hãc obſecrationẽ, vt* Celſ. V. *hos tres,* Manuelem Calecam, *Auctorem;* Ambroſium Camaldulenſem *Interpretem;* & Petrum Steuartium *Editorem, benigno vultu dignetur, Ingolſtadii, Ex Curia Paræciæ Mauricianæ, Die S. Richardi, Regis, Parentis S. VVilibaldi, Septima Februarii. M.D.CVIII.*

1. Timot. 3.

Digitized by Google

AD REVERENDISSIMVM, ET ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM, AC DOMINVM, DOMINVM IOANNEM CONRADVM, Episcopum Eystettensem; cui Manuel Caleca inscriptus est.

ACCLAMATIO PHILIPPI MENZELII, P. L. MED. DOCTORIS, EIVSDEMQVE Professoris, in Academia Ingolstadiensi.

VANA superstitio, simulatorumq; Deorum,
Impietas ierat pessum: iamq; alta secundis
Christiadûm pax reb. erat: iam mille cruentas
Per mortes trucib. flammis, ferroq;, petita,
Desierat rabidos pietas sentire tyrannos.
Ac licet haud deessent: veluti quoq; defore nunquam,
Lecta in gente Dei, Tharsensis epistola quondam
Edixit, multò antè monens, præsaga futuri:
Mutandis FIDEI rebus, scitisque studentes:
Vna tamen victrix cœlo caput alta ferebat
Aurea Relligio: & studia illa sinistra retundens,
Claudebat meritis semper sua bella triumphis.
Sacra ferebantur passim indiscreta per omnem
Europam, atque Asiam: ac summo custode sub vno.
Successore Cephæ, rediuiui voce magistri,
Cui niuei pia cura gregis ter tradita, cessit,
In terris placidum CHRISTI degebat ouile.
Fausta sed infernus turbauit secla Sathanas
Inuidiæque, odiique pater, cui iurgia cordi
Assiduè, & media surgenti nocte per vmbram,
Dum sternunt homines, lolium, lappam, tribulosq;,
Seminium infelix, serere inter adorea farra.
Artib. ille suis orientem exciuit, & acres
Liuoris stimulos Graiorum in pectora adegit:

Ac

Ac miseros fastu nimium tumefecit inani:
Fastu, quo demens, longeq; miserrimus olim,
Fulguris in morem, cœlo est excussus & ipse.
Multum illos splendore suo perstringere Romæ
Pontificalis apex, sedisq; augusta PETRÆÆ
Gloria, & humanâ maior concessa potestas.
Multopere ergò acres obniti, & tendere contrà:
Et certare auidi de summa, & culmine rerum.
Fingere multa illi: insimulare & carpere multa,
Per fas, atq; nefas, cœtus oracla Latini
Veridica, intereà fraudum, errorumque magistri,
Dura Pharaoniis fuscati corda tenebris.
Omnia quæ magni MANVELIS cura CALECÆ
Solerti quondam studio monstrauit ad vnguem,
Detexitq; palàm commenta profana, negantûm
Numen ab æterno veniens spirabile Patre,
Vnigenaque Dei procedere compare Nato.
O genus infelix! ô stulti, & credere tardi,
Concio quæ Nicæna Patrum, quæq; omnis ab illo
Tempore posteritas toro benè credidit orbe!
Ergò semel tunicam Domini, non sutile textum,
Sacrilegis manib. qui sponte scidistis, Achiui,
Palantes vt oues, fidi & pastoris egentes,
Nunc Mahometiadæ infando seruire necessum est,
Et duro signata iugo vos subdere colla,
Ac plusquam Babylona pati; quæ, vate CALECA,
De cœlo, ob meritum, vos pœna luenda manebat.
Eia age, Pontificum decus ingens, & caput, & cor,
Quotquot habet tellus Alemanna, sacerrime Princeps,
Qui Bilibaldini residens in vertice montis,
Cancriferi ad ripas Almonis, despicis altè
Auerruncatis dictam de quercubus vrbem:
Se sibi doctiloquus, pulsans tua limina, sistit
Graius homo, at fidei MANVEL plenissimus: ad te
Mutata iam veste venit, meliorib. auctus
SIEVARTI curis, sesq; illustrior ipso.
Da faciles venienti aditus. Nihil ille profanum,
Plebeium vè sonat, dignus, cui commodet aures, Quis-

ACCLAMATIO.

Quiſquis auet cognôſſe, quibus gens impia telis,
Heû, diræ nouitatis amans, hoc appetat æui
Fluctiuagam nauimq; Petri, nauisq; magiſtrum.
Namque is luce palàm, totum artis id eſſe Pelaſgæ,
Cernet; quæque iſti tanto molimine iactant,
Multiplici dudum clypeo à MANVELE repulſa.
Vltrò equidem, & magna cum libertate fatemur,
Ingenio non æqua tuo nos munera ferre,
Non meritis: cuius tantis ſapientia ſignis
Inclyta, callentis diuina, humanaq;, fulget.
Cætera mitto lubens decora illa inſignia, reſq;
Pro ſuperûm ornatu, patriæq; leuamine geſtas
Conſtanter, ſummaq; fide: quæ cognita vulgo:
Ingenij nè tui felix prædiuitis vber
Ignorare poteſt, ſi quis ſaxa aſpera dumis,
Et Bilibaldiaci iuga verticis, alba pruinis
Reſpiciens penè aſſiduis, miretur agreſtem,
Te ſubigente, loci genium mutaſſe, tuoq;
Dædaleo cultu, nunc ferre, quod India mittit,
Alcinoi ſupraq; hortos, Pæſtiq; roſeta!
Hæc volenti animo, minimè te digna fatendum eſt,
Vlla ſat offerri, niſi quæ donaria ab omni
Maxima ſint parte: at non neſcis, optime Præſul,
Officium feciſſe ſuum, ſuperiſq; probari,
Victima cui deſit, quæ centena imbuat aras,
Taurorum, & niuei pecoris, ſi paupere largus
Cum vidua, gazæ cuſtodem mittat in arcam
Aera minuta duo. Par eſt operi ipſa voluntas.
Hanc ideò quoq; fronte velis ſpectare ſerena.

Approbatio Facultatis Theologicæ.

Dignus eſt hic liber, qui in publicum prodeat tum propter Auctorem & Argumentum, quod tractat, tum propter Interpretem ex Græco, tum denique propter Editorem.

Adamus Tannerus Societatis IESV S.S. Theologiæ Doctor, Profeſſor, & Collegij Theologici pro tempore Decanus.

MANVEL CALECA, ADVERSVS ERRORES GRÆCORVM DE PROCESSIONE SPIRITVS SANCTI.

INTERPRETE AMBROSIO CAMALDVLENSI.

PRÆFATIO.

DOMNO S. AC BEATISS. PAPÆ MARTINO, AMBROSIVS.

PARVI *præceptis tuis, Domne beatiſſime, opuſq; illud clari, & eruditi viri Manuelis Calecæ cõtra Græcæ leuitatis errores, quod inſignis Theologiæ cultor Magiſter Antonius Maſſanus zelo fidei ſuccenſus, Conſtantinopoli ex vrbe regia ſecum aduexit: commodè vtinam, atq; vtiliter; promptè certè, atq; obtemperanter ex Græco conuerti. Quo ſanè in opere, vir ille optimus, ita ſuſcepti muneris im-*

pleuit officium, vt diligentiam in se desiderari (meo quidem iudicio) passus non sit. Cautè enim vt in re tanta congruũ fuit, subtiliterq́, promateriæ dignitate procedit, eosq́ præclari bellatoris instar, suis potißimum reuincit armis; atq́ inolitum errorem, imò ingenitum cõtentionis studium, ab ipsis, vt ita dicã, fundamentis aperit, detegit, nudat, ipsumq́ radicitus euellit.

Id equidẽ eò libentius transtuli, quo & à te, cui omnia fideli obsequio debeo, iniungebatur: & ob antiquã gentẽ, ac dudum inclytam, & omni genere laudis illustrẽ. Quis enim nesciat Græcos olim cùm sapientia, & eloquentia, tum fide, ac religione, ceteriśq́ virtutũ meritis, cunctis ferè mortalibus excelluisse? Aegrè, vt par erat, ac molestè ferebam, huiusmodi diutius impeditã laqueis, plagisq́ irretitã; obq́ id, iam pridẽ summis calamitatibus ita obtritam, & consumptam, vt vix vllum vestigium pristinæ gloriæ, ac dignitatis seruet: cupiebamq́ te potißimum auctore, ac duce, eam, etsi non in pristinam dignitatem, priscam sanctitatẽ, faciemq́

ciemq; reſtitui, id quippe maius eſt, q̃ vt optãdũ nobis ſit: at ſaltem ab internecione liberari.

Tuum quippe eſt, & eſſe intelligis, Papa beatiſſime, *errantes hõmines ad rectum reuocare iter, atq; ad imitationem veri, aterniq; paſtoris, cuius vices in terris agis, ouem perditam, ac per deuij erroris anfractus male liberè, atque in perniciem ſuam gradientem ſtudiosè requirere, inuentam q; ac ſacris humeris impoſitam ad ouile reuehere. Tua inquam, gloria in primis eſt, adeò diuinũ opus, tã præclarũ facinus, tota animi intentione ſuſcipere, nihilq; diligentiæ omittere, dum id cõficias: vt quo paſtore occidua eccleſia plures ante annos diuiſa fœderata eſt; eo auctore, Orientis etiã Eccleſia, maiore longè, ac deteriore ſciſſura ſegregata, ſub vno capite, reliquo Eccleſiæ corpori iungatur: ne diutius à cetera cõpage diſiecta prædæ, ac pabulo barbaris ſit: neu inde Chriſtianum nomẽ funditus tollatur, vbi primò exortũ eſt, quo quid dici grauius, quid cogitari indignius poteſt?* Ioan. 10.

Gratulor ſanctæ menti ſuæ, Domne beatiſſi-

pleuit officium, vt diligentiam in se desiderari (meo quidem iudicio) passus non sit. Cautè enim vt in re tanta congruũ fuit, subtiliterq́, promateriæ dignitate procedit, eosq́ præclari bellatoris instar, suis potissimum reuincit armis; atq́ inolitum errorem, imò ingenitum cõtentionis studium, ab ipsis, vt ita dicã, fundamentis aperit, detegit, nudat, ipsumq́ radicitus euellit.

Id equidẽ eò libentius transtuli, quo & à te, cui omnia fideli obsequio debeo, iniungebatur: & ob antiquã gentẽ, ac dudum inclytam, & omni genere laudis illustrẽ. Quis enim nesciat Græcos olim cùm sapientia, & eloquentia, tum fide, ac religione, ceterisq́ virtutũ meritis, cunctis ferè mortalibus excelluisse? Aegrè, vt par erat, ac molestè ferebam, huiusmodi diutius impeditã laqueis, plagisq́ irretitã; obq́ id, iam pridẽ summis calamitatibus ita obtritam, & consumptam, vt vix vllum vestigium pristinæ gloriæ, ac dignitatis seruet: cupiebamq́ te potissimum auctore, ac duce, eam, etsi non in pristinam dignitatem, priscam sanctitatẽ, faciemq́

ciemq; restituui, id quippe maius est, q̃ vt optãdũ nobis sit: at saltem ab internecione liberari.

Tuum quippe est, & esse intelligis, Papa beatissime, errantes homines ad rectum reuocare iter, atq; ad imitationem veri, aterniq; pastoris, cuius vices in terris agis, ouem perditam, ac per deuij erroris anfractus male liberè, atque in perniciem suam gradientem studiosè requirere, inuentam q̃, ac sacris humeris imposi- Ioan. 10.
tam ad ouile reuehere. Tua inquam, gloriæ in primis est, adeò diuinũ opus, tã præclarũ facinus, tota animi intentione suscipere, nihilq; diligentiæ omittere, dum id cõficias: vt quo pastore occidua ecclesia plures ante annos diuisa fœderata est; eo auctore, Orientis etiã Ecclesia, maiore longè, ac deteriore scissura segregata, sub vno capite, reliquo Ecclesiæ corpori iungatur: ne diutius à cetera cõpage disiecta prædæ, ac pabulo barbaris sit; neu, inde Christianum nomẽ funditus tollatur, vbi primò exortũ est, quo quid dici grauius, quid cogitari indignius potest?

Gratulor sanctæ menti suæ, Domne beatissi-

me, gratulor felicitati tuæq; ad id opus diuinitus inſtinctum mirificè exulto: quo, nihil glorioſius, nihil eſſe poſſit illuſtrius. Hoc, ſi efficere potueris, poteris autem, Chriſto miſerante, qui te ad hoc munus elegit; plurimum ad tuorum meritorum cumulum acceſſiſſe, nemo niſi iudicij, ac rationis ignarus denegabit: quando nõ ſolùm reficiendis diu collapſis ſacris ædibus; verùm, multò dignius inſtaurandæ vniuerſali Eccleſiæ, omni ſtudio incumbis. Sed enim laudes tuas proſequi propoſitum non eſt. Sum memor ipſe mei. Facient hoc excellentiora ingenia: Mihi ſat fuerit, pro ingenij tenuitate, ſatisfeciſſe iuſſioni tuæ.

Sanè, id opus, quod auctor ipſe continuata dictione vno volumine incluſit, nos vtilitati legentium, faſtidioq; conſulentes; quia prolixum valdè videbatur, in libros quatuor, cõmoda diſtinctione diuiſimus; vt per huiuſmodi veluti metas, lectoris animus à iugi certaminis exercitatione requieſceret; & alacrior ad reliqua perlegẽda, intentiorq; ſemper aſſurgeret. Si quid autem in hac interpretatione

vel

vel obſcurius fortaſſe, vel inconcinnius poſitũ prudens lector offenderit: partim id interpretationis neceſsitati; partim etiam immodicæ celeritati acceptum referat. Nam & materia ea eſt, adeoq́ angustis terminis constricta, vt interpreti tutũ non fuerit, auctoris vestigia lõgius deserere: ne, sua potius cõpilaſſe, quàm aliena tranſtuliſſe videretur: & celeritas tanta fuit, vt opus mensium, vno ferè mense traduxerim. Neq́ enim ignorat ſancta eruditio tua, quæ celeritas, imò verius præcipitanter effundantur, de re præſertim ardua, & auguſtiſſima, & quæ nulla tractari cautius debet: De Trinitate enim omnis ferè ſermo eſt; ea accuratè dici, ornatèq́ non poſſe. Fideliter tamen me trãſtuliſſe, conſtanter aſſeuerauerim. Incolumem ſanctitatem tuam, ac prolixa ætate tranquillam, & florentem, Chriſtus Deus noſter omnipotens ſeruare dignetur

Domne ſancte, ac beatiſſime Pater.

(o)

IHS

INCIPIT AVCTORIS PROLOGVS.

QVONIAM quidem fraternæ dilectionis cura maxima habenda est, cunctaque pro illa agenda, atque molienda sunt, ita iubente Domino: nihil verò gratius, nihilq; vtilius est, quàm de Deo & audire, & loqui: ex quo fit, vt & qui dant, & qui accipiunt, magna consequantur emolumenta; vitamque inde sempiternam adipiscimur.

Mat. 5. & 19

Ioan. 17. *Hæc enim*, inquit, *est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti* IESVM *Christum:* quæque scilicet diuinitatis, & quæ humanæ dispensationis sunt; tuque à nobis exegisti pro modulo virium nostrarum edoceri; vt sese habeat SS. Patrum de processione Spiritus rectissima opinio: de qua scilicet, cum Græci, Latiniq; dissentiant, dissensio etiam, atque vtriusque Ecclesiæ diuisio, necessariò secuta est. Scire enim cupis, quibus vtraque Ecclesia rationibus nititur, atque vtra ex his rationabilius sentiat, prætereaque, dicente Domino; *quæ dico vobis in tenebris, dicite in lumine; & quæ in aure auditis, prædicate super tecta.*

Matt. 10.

Act. 20. Apostolo item terribile silentij indicium insinuante, ac dicente; *testificor vobis hodie, quia mundus sum à sanguine*

guine omnium: neque enim dissimulaui nuntiare vobis omnem veritatem, atque consilium Dei; atque hoc ipsum faciendum admonente; *Hæc enim*, inquit, *admone, & contestare coram Deo*: Et si de DEO, ac diuinis rebus, loqui illis potius conueniat, qui semper in lege Domini meditantes, purgatiori vita, & intelligentia sunt: à quibus nos longissimè remoti sumus: plurimis tamen rationibus me ad scribendum hortantibus, atque impellentibus, aggrediar; facultate, qua potero, quæ à sanctis Patribus de hac re scripta sunt, Christo duce, moderatè, ac simpliciter, seruato compendio, tibi conabor exponere; plurimis scilicet omissis, (nam longissimum esset, omnia prosequi) pauciscq; solummodò positis; quibus constare possit; quænam illis de hac re fuerit opinio: vt ex hac moderatione nostra, & tu, quod ab amico requisisti, consequaris; & ipse, dum illorum prolixitate non terreor, breuitatemque temporis non pertimesco, meliore iam animo sim; illi me vindictæ subdendum non esse, quæ illi intentatur, qui talentum abscondit. Tit. 2.

Non igitur tacebo; cum præcipuè de veritate fidei mihi sermo futurus sit; neque ambigam, quin per te ad alios quoque manaturæ sint literæ nostræ, quos alloqui ipsi non possumus, & coram obtestari de veritate fidei: his autem licebit illos alloqui, iuxta edictum: atque ita, dum multiplicabitur verbi ministerium, mihi ipsi fidelis serui merces recompensabitur. Quanquam verò pauca de multis appositurus sim; si quis tamen iurgio, & contentione sepositis, ipsam, per se ipsã, veritatem rei, ex his, quæ firma, & rata sunt, indaga- Matt. 25.

re

re pergat, longè breuioribus, atque ipsis tantum fidei principiis hanc illustrari posse comperiet: eoque facilius, quo Deum talibus auxiliari certum est, qui cum pietate quærunt. *Cooperator*, inquit, *Deus est omni quærenti bonum*. Isque qui scripturas hortatur *scrutari*, seq; daturum *petentibus, pulsantibusq;* aperturum pollicitus est; non permittet huiusmodi longius à veritate aberrare.

Rom. 8. Ioan. 5. Lucæ. 11

Quoniam igitur dictum est; *da sapienti occasionem, & sapientior erit*; qualem te esse scio, quem nihil pro contentione, nihil pro vanitate facere, solamque rerum veritatem sapienter, ac prudenter inquirere pro comperto habeo; promptius iam, quod quæritur, explicare aggrediar. Neque sanè ignarus sum, complures iam plurimos de hac re scripsisse libros; qui, licet veritas paucioribus indigeret verbis, multis tamen ipsi indiguerunt, vt eam contra illos tuerentur, qui contentionis studio illam lacessere tentabant.

Prouer. 9.

Cæterum, sicut vnusquisque fidelium fidei profert confessionem. *Corde enim creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem*; quid prohibet hanc etiam communi fide comprehensam veritatem, sicut à sanctis Patribus accepimus, proferre, atque aliis tradere; nunc quidem amicitiæ implendo munus; nunc autem docendo; nunc studiosis illius consulendo; nunc reuincendo aduersarios; atque omninò Sanctorum hac de veritate doctrinam, quam à Patribus nostris accepimus, quamque illi à maioribus suis per successio-

Rom. 10.

Digitized by Google

eeſſionem acceperant, proponendo, atque omnia honeſti, & æqui, fraternæque dilectionis cauſa diſpenſando, nihilque omninò omittendo diligentiæ. Non itaque gloriæ cupidi ſcribimus, ſed amici votis morem gerentes, eorum, quæ prædiximus, gratia, laborem hunc ſuſcepimus. Nec noſtra dicimus, ſed quæ à ſanctis Patribus, illorumque ſucceſſoribus ſcripta legimus, ea, ſeruato diſputationis ordine, hinc inde collecta, breuiter; ſtrictimque poſuimus: hac in re ſola, ſi ſic dici oporteat, gloriantes; quod Sanctorum de ea re opinionem, largiente DEO, nos & ſcire, & tueri conſtanter oſtendimus. Neque ſanè ignoramus plurimos, in quorum manus iſta fortè peruenerint, quibus odioſa eſt veritas, hac ipſa noſtra conſtantia, & confidentia, ad iaculandum in nos conſilia, & maledicta prouocandos: contraque penitus agendum nobis eſt, contrariaq; incedendum via, quàm ſi rumuſculos inanes captaremus. Nam ſi quidem humanam gratiam, & gloriam aucuparemur, nunquam nos auditorum odiis exponeremus: ſed, quæ illis grata fore putaremus, ea loqueremur.

Conſtat ergò, nos, niſi veritatem rebus omnibus prætuliſſemus, nunquam in hunc verborum campum deſcenſuros; in quo, laboris plurimum, ac difficultatis; humanæ verò gratiæ minimum.

Ipſum itaque ſanctum Spiritum, de quo nunc nobis ſermo inſtituitur, primùm inuocantes, ita demum, quæ propoſuimus, aggrediamur. Vtemur autem pro documentis, ipſis initijs fidei, & quæ ex eis aſſumpta, ac deriuata ſunt, quantùm in DEO, diuiniſque rebus, probationibus vti fas eſt. His etiam,

quæ à catholicis Ecclesiæ Magistris dicta sunt.

Et quoniam, quibus maximè rationibus ostendi possit eiusce quæstionis veritas, primũ inquiris; deinde, quæ illis obijciantur, exponi, ac deinceps vel obiecta refelli, vel quæ ambigua videantur, declarari postulas; eum & nos in sequentibus ordinem per omnia seruabimus. Ex quo, si prolixiores fortasse erimus, quam susceptæ breuitatis ratio poscebat, necessitati indulgendum erit. Hinc autem initium sumemus.

MANV-

Digitized by

MANVELIS CALECÆ LIBER PRIMVS CONTRA GRÆCOS DE PROCESSIONE SANCTI SPIRITVS.

CVM Dominus noſter IESVS Chriſtus diſcipulis dixerit; *Euntes in mundum vniuerſum, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S.* num ordo aliquis eſt in nominibus ac rebus ſanctę Trinitatis ipſius Patris, & Filij, Spiritus S. qui neceſſariò, ac ſemper in ſe ipſo idem ſit ex ipſis nominibus inſinuatus; atque vt ſe ad inuicem habent ſecundum pronunciationem ea nomina: ita etiam ad inuicem diuinę perſonæ ordinatæ ſint? quem ordinem ſeruantes, atque honorantes, neceſſariò immota etiam hæc nomina proferre debeamus, nihil ex tradito nominum ordine, ac poſitione immutantes, ſi velimus nobis ipſis in confeſſione rectam Trinitatis ſeruare rationem? An ordo illic nullus eſt, eaq; nomina temerè poſita ſunt; atq; in noſtra poteſtate eſt, vt illa pferre velimus, itavt nullo ſeruato ordine patris nomẽ aliquando pponere aliquando ité poſtponere liceat: a-

Matt. vlt.

De ord. in diuinis lege Greg. de Valent. l. 2. de Trinit. cap. 1.

quãdo itẽ Spiritum præferre Filio? quaſi etiam diuinæ illæ petſonæ, quæ nobis his nominibus inſinuantur, inordinatè ſe ad inuicem habeant, atq; aliâs aliter?

Et quoniam, quæ proponimus, Sanctorum dictis, ac ſententijs adſtruere, ac firmare inſtituimus, adſit nunc Magnus Baſilius, noſq; quid hìc ſentiendum ſit, doceat. Ait enim in Epiſtola ad Canonicas, cuius initiũ eſt; *Quanto nos mœrore confecerit prius fama ſubtriſtior, quæ auribus inſonuerat noſtris. Spiritus autem S. Patri quidem, & Filio connumeratur; quia & ſupra creaturam eſt; tertius autem ordine locatus eſt, ſicut ex Euangelio docemur, dicente Domino; Euntes baptizate in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. Qui autem illum vel præponit Filio, vel Patre ſeniorem dicit: hic reluctatur quidem* DEI *ordinationi, atq; à ſana fide alienus eſt, non eum, quem accepit, glorificationis modum ſeruans, ſed ſibi vocum nouitatem ad placendum hominibus excogitans.*

Lat. exẽp. Pariſienſi edit. Anno 1603. Ad Ancillas Dei. fol. 765. Matt. 28.

Et paucis interpoſitis, veluti concludens ait: *Itaq; ordinis iſta immutatio, ipſam ſubſtantiam irritam facit, totiuſque fidei abnegatio eſt, æque enim impium eſt illum & ad creaturæ ordinem deducere; & Patri, aut Filio, tempore, vel ordine præponere.*

Idem in * primo lib. queſtion. cuius initium eſt; *Si quidem omnes vellent*; cùm præſuppoſuiſſet, duplicem eſſe ordinem, naturalem alterum, alterum inuentum; atque naturalem quidem, ſicut eſt creaturarum ordo Conditoris ratione inſtitutus, numeriq; locatio, cauſarumq; ad cauſalia habitus: Inuentum verò, atq; artificioſum, ſicut in artibus, & diſciplinis, ac ſimilibus, adiecit: *Horum ergò primo ſuppreſſo, Eunomius, ſecundæ ſpeciei ordinem memorat, dicit q; non oportere*

* Ita vocat Caleca lib. S. Baſ. contra Eunomium ex quorum primo hoc teſt. petitũ eſt. Eunomius negabat ordinem originis in diuinis.

re in DEO *dici ordinem: cum ordo ſecundus ab ordinatore ſit. Illud autem vel non vidit, vel ſciens, prudenſq; prætерijt, eſſe ordinis ſpeciem, non ex noſtra poſitione conſtantem, ſed ipſa naturali conſequentia contingentem: ſicut igni, ad eam, quæ ex ſe manat, lucem. In his enim primùm cauſam dicimus, ſecundum quod ex eo prodit, non interuallo iſta ab inuicem diſſeparantes, ſed cogitatione prius cauſam nobis, quàm cauſale fingentes. Quomodo igitur fas eſt ibi negare ordinem, vbi ſecundus, & tertius eſt; non ex noſtra poſitione, ſed ex naturaliter inſita cõſequentia? Cuius ergò rei gratia ordinẽ in* DEO *recipi abnuit? arbitratur, ſi efficere, atque demonſtrare poſſit primùm in* DEO *nullo modo alio intelligi poſſe, reliquum iam ſibi fore ſubſtantiæ ipſius inæqualitatẽ at q; eminentiã oſtendere. Nos autem eo quidẽ ordine, quo cauſæ, manãtibus ex ſe rebus, præponuntur; Filio Patrẽ præpoſitum dicimus, naturæ autem differentiâ negamus.*

* Idem in tertio quæſtionum; *ſicut enim Filius ordine quidem ſecundus à Patre, quia ex illo eſt; & dignitate; quoniã initium, & cauſa illius eſſentiæ Pater eſt; & quia per ipſum acceſſum habemus ad* DEVM, *& Patrem: natura verò non iam ſecundus eſt, quia* DEITAS *in vtroque vna; ita ſcilicet, & S. Spiritus, etſi Filio ſubijcitur ordine, & dignitate; non tamen alienæ, ſed vnius eiuſdemq; naturæ cum Patre, & Filio omninò eſt.* * L. 3. cõtra Eunomium.

Item in eôdem: *Cùm ipſe Dominus ordinem tradiderit baptiſmi ſalutaris.*

Idem in epiſtola ad Euſtachium, cuius initium eſt; *Eos quidem, qui præuenti ſunt alia fidei confeſſione,* ſic ait: *Oportet autem & eos fugere, qui eam conſequentiam, quam nobis tradidit Dominus immutant; vtpote, qui apertè contra pietatem pugnant: & Filiũ quidem præponunt Patri, Filio verò Spiritum S.* Non extat hæc Epiſt. in Pariſ. edit.

Idem verò in Epistola ad Greg. fratrem, cuius initiũ est; *quoniam multi commune substantiæ; Qui verò Spiritum cogitat, ipsum q; in se ipso intellexerit, & Filiũ vna cogitatione comprehendit. Qui autem hunc mente susc epit, à Filio Spiritum non diuisit: sed consequenter quidem secundum ordinem; coniunctè autem, secundum naturam trium in se ipso personarum fidem iuxta identitatem commistè formauit. Et qui Spiritum dixerit solùm, eum quo q;, cuius est Spiritus, ea confessione comprehendit. Et quoniam Christi est Spiritus, at q; ex Deo, sicut ait Apostolus; veluti ex catena, qui vnam summitatem comprehenderit, alteram simul attraxitita, & qui Spiritum trahit, per ipsum, & Filium, & Patrem simul trahit. Et Filium qui veraciter acceperit; habebit vtra q; ex parte, hinc ipsius Patrẽ, hinc Spiritum S. consequentem. Neque enim sectionem, aùt diuisionem cogitare licet, vt aut Filius sine Spiritu intelligatur; aut Spiritus à Filio dissepar etur.*

S. quoq; Epiphanius in quodam opere suo, quod appellauit * *anchoram, tertium lumen*, tertiamq; à Patre, * substantiam Spiritum S. appellat.

* ἄγκυρωτός Ancoratus

* Hoc est, personam: nã in Græco est hypostasis. Genes. 24.

Sed & D. Chrysostomus in quodam sermone suo super illud dictum Abrahæ, *Pone manum tuam super femur meum*, ait; Itaq; diuinarum quidem personarum discretor ordo sanctis cognitus fuit; qui verò naturas in sancta Trinitate discerneret, omninò reiiciendus.

Theologus quoque Gregorius, in secundo sermone suo ad Lumina, de S. Trinitate sic ait: *Velut in trinis contiguis solibus* vna est collatio luminis.

Posito igitur vnum esse, ac tria DEVM; & altero ex his quidem de essentia, & vnitate substantiæ concesso:

ceſſo; de altero, videlicet de Trinitate hypoſtaſeon, ſeu perſonarum, de earum ad inuicem ordine, ex his, quæ dicta ſunt, videamus.

Quoniam itaq; magnus Pater Baſilius Eunomium inſimulat, ordinem in Deo piè nõ recipientem, Quippe hunc abnegare, irrationabile eſſe arbitratur: atq; eũ quidem, qui circa traditionem nominum immutat ordinem, nouitatis vocum appellat *inuentorem*, eumque Dei ordinationi reſiſtere aſſerit, ipſum Dominũ hunc tradidiſſe ordinem dicens: *Qui autem Spiritũ* Patri præponit, aut Filio, eum à ſana doctrina alienum denũciat: quippe nouitatem introducentem circa diuinarum perſonarum ordinem: hanc autem ipſam nouitatem, atq; immutationem ordinis, habere abolitionem diuinarum perſonarum, totiuſq; fidei abnegationem eſſe docet; nihilq; differre, vtrum Spiritum S. ad creaturæ ordinem redigas; an ipſum Patri, vel Filio in ordine præferas. Tertium enim, inquit, in ordine locatum eſſe in Euangelio à Domino docemur: Conſtat profectò ordinem eſſe in S. Trinitate, ſecundum quem prima quidẽ perſona Pater eſt; ſecũda, Filius; tertia, Spiritꝰ S.

De hoc ordine multa S. Epiph. in Ancorato.

Et quia non ſolùm Patri Filius, & Spiritus S. verùm & ſibi inuicem iunguntur: id autem de his dicitur, in quibus ordo eſt, & quæ ex ſe inuicem pendẽt, nullo medio intercedente, omninò ordinem ad inuicem perſonæ habent.

Sed & is, qui catenæ Trinitatem comparauit, liquet quia medij ad primum, & tertij ad medium ordinem reddidit, quocirca ait; qui Spiritum cogitat, & Filiũ vna cogitatione comprehendit: &, qui Spiritum dixerit ſolùm, eum quoque, cuius eſt Spiritus, ea confeſſio-

fessione comprehendit. Et, qui Filium susceꝑit, à Filio Spiritum non diuisit. Neque enim licet aut Filium sine Spiritu intelligi, aut Spiritum à Filio disparari. Quę, nequaquam ita se haberent, nisi Filius, & Spiritus sanctus ordinem ad inuicem haberent, secundum quem, alter referretur ad alterum. Nam in his, quæ soluta sunt, & quæ simpliciter absq; vlla relatione, & ordine se ad inuicem habent, non cogimur alterum cogitando alterũ quoq; cogitatione complecti. Id quippe illorum solùm est, quæ ordinem ad inuicem habent; secundum quem necessario etiam simul cogitantur.

S. Athan. Epistol. ad Serapion.

Ex quibus constat, quia non Pater solus ad Filium, seu ad Patrem Filius ordinem habet, sed etiam Filius ad spiritum sanctum. Hoc & Beatissim. Athanasius apertissimè in epistola ad Serapionem de Spiritu S. posuit:

S. Basil. ad Amphiloc.

Eundem, inquit, *ordinem, ac naturam habet Spiritus ad Filiũ, qualem ad Patrem Filius.*

Magnus quoq; Basilius in XVII. ad Amphilochiũ sic ait: *Sicut igitur habet Filius ad Patrem; ita & ad Filium Spiritus, iuxta eam, quæ nobis in baptismo traditur, verborum connexionem.*

Constat igitur ex his, quæ dicta sunt, in S. Trinitate personarum diuinarum ad inuicem esse ordinem. Qui enim Filij, & Spiritus ad Patrem ordinem reddit, Filij autem, & Spiritus ad inuicem confundit, ordinis bonũ DEO ex dimidio reddit. Bonum enim ordo est, atq; ordinatum esse. Quia enim in his, quæ sunt ordo, præclarum quiddam, & optimum est, quod & cœlestia simul, & terrena continet; omne autem optimum à DEO manat; multò autem magis in DEO, veluti in ptincipali causa, bonum illud excellentius inesse intelligendum est.

est. Nam, vt ait D. Dionysius in lib. de diuinis nominibus: *Quæ in causalibus sunt perfectiones, eas in causis ipsis lõgè potius, ac prius inesse manifestum est.* D. Dion. l. de diuinis nomnib.

Quis verò iam aduersus tàm eximios Ecclesiæ Magistros contendere præsumat, apertè in Deo trium ad se inuicem personarum ordinem cientes? Itaq; licet quidem absolutè, ac simpliciter, cum ita tres personas numeramus, tertiamq; solam insinuare volumus, aliam præponere, aliam subiicere, vt est illud Apostoli; *Gratia Domini nostri Iesu Christi, & Charitas* DEI, *& Patris, & communicatio S. Spiritus*; aut quomodocunq; aliter. Porrò volentibus diuinarum personarum nomina, eo ordine pronuntiare, quo æternè, ac semper similiter ad inuicem habent, & quo Trinitatis perfectio designatur, nulla ratione conceditur. Quocirca Mag. Basilius in *4. quæstionum ait: *Non tamen quia primò hîc S. Spiritus Apostolus meminit, secundò Filij, tertiò Dei & Patris; continuo putandum est, peruersum, aut immutatum esse ordinem. Ex nostro quippe more initium sumpsit. Quando enim dona suscipimus, primò distribuenti congredimur: deinde mittentem concipimus animo, tum ad ipsum bonorum fontem, causamq; cogitatione conuertimur.* 2. Cor. 13. *L. 4. contra Eunom.

Quod si ex more nostro initium sumentes, primò meminimus Spiritus, à quo in nos munerum largitas manat; deinde filij, ac tertiò per filiũ ad patrẽ tendimus: liquet, q, illic incipientes, primò patris, deinde filij ac tertiò Sĩrs S., secundũ Trinitatis ꝓprium, ac sempiternũ ordiné meminim⁹. Itaq;, si quẽ sacerdos baptizaret, atq; ita baptizans pronuntiaret: *Baptizo te in nomine Patris, & Spirit. & Filij*, Ecclesia huiusmodi baptizatũ, quasi baptismo consecratum, nunquã admitteret: eò quod nõ iux- Obserua hanc opinionẽ Calecæ de for. baptil.

ta Domini rraditionem baptizatus eſſet: ſecundum quam nominum, ac rerum Trinitas, Patris ſcilicet, & Filij, & S. Spiritus, vtſe ad inuicem habet, tradita eſt nobis, quam immutare non licet. Quippe eos, qui iñutarent S Baſil. cauendos monuit, vtpote pietatem apertè oppugnantes: &, neq; in Trinitate baptizantes, neq; hanc iuxta Dñi traditionẽ cõfitentes. Apparet id quoq; eum ordinẽ, quo naturę diſcernuntur, vt Eunom. volebat, in S. Trinitate Sanctos omninò abnegare: eũ verò quo perſonæ diſcernũtur, ſecundũ quẽ * *cauſa*, atq; *cauſale* cũ coæterno, & conſubſtantiali inducitur, & docere, & vt pium, ac religioſum, amplecti, ac ſuſcipere, neq; idem contra idem aſſerere, atq; denegare.

* Mote Grẹcorum Patrum ac Scriptorũ *cauſam pro principio* vſurpat,

Præter hæc autem, quæ dicta ſunt, nequaquam eſſet Trinitas Deus, niſi tria inuicem connecterentur, ac ſecundum ordinem ſuum vnirentur; ſed tria ſimpliciter, ac temerè (q̃ppe ſublata vnitate, quã ordo in multis efficit) inordinata eſſent, ac plurima, imò potius nihil. Neq; enim vel tria, vel quatuor eſſe vllo modo poſſent, niſi Trinitas, vel quaternitas animo ante cõciperetur. Quoniá igitur triũ vnã connexionẽ confitemur, ſicut vnã etiã eſſentiã, primoq; loco Pater eſt cauſa, neceſſe eſt eſſe & tertiũ. Sublato q̃ppe tertio, nec primũ erit. In plurimis n. vbi primũ eſt, neceſſariò, quę poſt primũ ſunt, cõnexionis ſerie ad primũ referũtur. Atq; hoc maximè in S. Trinitate, vbi triũ vnã fatemur cõnexionẽ

Rurſum, quoniam tertium à Patre Spiritum S. Doctores prædicant, pfectò tertius non eſſet primo ſublato. Tertium enim idcircò dicimus, quia refertur ad primum. Et hoc itidẽ nõ ita eſſet, niſi & primũ ad ſecundũ haberet ordinẽ. Aliâs quippe neq; triũ connexio eſſet, neq;

neq; vnitas: sed tria, vt diximus, simpliciter, ac temerè inordinatèse habentia, atq; ab inuicem disparata. Sed hoc his quæ à magistris Ecclesiæ dicũtur, comuniq; cõfessioni fidei contrarium omninò est. Primum enim, & secundum, & tertium fatemur, vnamq; connexionẽ S. Trinitatis, eaq; sibi inuicem coniungi, & connecti serie, supra iam dictum est. Hæc autem apertè ordinem commendant. Liquet igitur ex his, quæ dicta sunt: quandoquidem ordo discreta significat; qui cõsubstantialis ordinem esse dicunt, eos in diuinis peccare. Ita enim vnitatem reddent potius, quam ordinem. Nam personæ tres, in quantum sunt inuicem consubstantiales, iuxta eiusdem substantiç rationem, vnum sunt. Porrò vnius ad se ipsum, secundum rem, ordinem esse, impossibile est.

Præterea, & à Patre esse, ambobus commune cùm sit, unionis potius, quàm discretionis ad inuicem causa est, nisi aliud aliquid adijciatur. Quippe & omnes homines, eo ipso quidem, quòd ex Adam originem trahunt, inuicem vniti sunt: certis verò rationibus, & proprietatibus ab se distinguuntur. Ita vtrumq; e ex Patre esse, dicere, satis non est ad exprimendum u m quem habent ad inuicem, ordinem. Sed enim hypostaseon, seu personarum ad se inuicem iuxta incõmistam, atque incorfusam rationem, ordinem esse, dicere, irrationabile omninò est. Esse enim incommistas ad inuicem, seruantes sibi suarum proprietatum terminos, necesse est: neque enim aliàs ordo seruaretur: non tamen ideo necesse est, incommistarum, in quantum incommista sunt, ordinem

ad inuicem ſeruantes, niſi etiam habitus ad inuicem quidam illis ineſſe videatur. Ex quo ſanè ordine ad inuicem, & habitu, ſuarum etiam proprietatum termini confundi, miſceriq; non poſſunt. Quo etiam remoto, incommiſtum illud ſecundum ſe, inordinationi potius, quàm ordinis fieret cauſa. Quærendum igitur in perſonis diuinis, quæ nam ſit ordinis earum ad inuicē cauſa, quæ item incommiſtionis ſecundum proprietates ſuas. Aliàs enim, præterquam quod nihil conficitur, imperitiæ quoq; euidens argumentum eſt, cauſale quaſi cauſam ponere. Igitur oportere quidem neceſſariò ordinem in diuinis perſonis immobilem fateri, neque eſſe in noſtra poteſtate, vt libuerit, traditum immutare ordinem, eoſq;, qui immutant, vt quo apertè oppugnant pietatem, vitandos eſſe, ſatis ex ſuperioribus oſtēſum eſt.

Quoniam verò vnitatem, ac Trinitatem DEVM cōfitemur, ac iuxta vnitatem quidem neque ordo, neque proceſſus, neque perſonarum numerus inſpicitur: Vna enim res eſſentia eſt omninò indiſcreta, vniuſque ad ſe ipſum ſecundum rem, ordo, aut diſcretio non eſt. Reliquum eſt, vt ordinem, numerumq; perſonarum iuxta proceſſus ſuos fateamur.

Duo omninò proceſſus in Deo nobis traditi ſunt. Alter, ſecundum natiuitatem; alter, iuxta proceſſionē. DEVM quippe ex Deo naſci, Deumque item ex Deo procedere, diuinis literis docemur. At Filij quidem à Patre immediatum proceſſum, S. Baſilius in II. aduerſus Eunomium libro, ita commendat: *Initium quidem Patris nullum q; horum medium.* Rurſumq; in eōdem; *Vt enim ſtulta eſt interrogatio in eo, qui ſine principio, at q; ingenitus*

nitus est, superius aliquid quærere; & hîc in eo, qui sempiternè cum Patre est, nullum q̃ habet medium inter se, & genitorem.

Idem rursus in ea, quam supra memorauimus ad Canonicas Epistola; *Si enim* DEO *superior est Spiritus, non iam ex* DEO *est, si autem ex* DEO *est, quomodo antiquior est illo, ex quo est? At, ne vnigenito quidem prior est. nullum enim inter Patrem, ac Filium medium est.*

Gregorius etiam Nyssenus in * 1. aduersus Eunomium libro, sic ait: *Pater quidem sine Principio. at q̃ ingenitus intelligitur. Ex ipso autem, iuxta contigui rationem, inseparabiliter vnigenitus Filius cum Patre simul intelligitur.*

* Exstãt hi lib. Græcè in Bibl. Basilica;

S, item Cyrillus in 1.* Thesaurorũ ait, *Gignit Filiũ Pater nullo medio.*

* Alij libr. istos vocãt *Thesaurũ.*

Idem super Euangelio Ioannis, cum id verbum exponeret, *hoc erat in principio apud Deum*, ita ait; *Esse autem cum Filio Patrem intelligimus, propter substantiæ incommutabilitatem; at q̃ ideo, quod omninò contiguus sit, nullo medio, ei, quod ex se naturaliter processit.*

Magnus idem Basil. in * Epist. ad Gregorium fratrẽ de differentia essentiæ, atq; * substantiæ, ait; *Filius autẽ solus, qui vnigenitus de ingenito effulsit lumine, nullam iuxta proprietatem personarum communionem habet ad Patrem, vel ad Spiritum S.* Gregorius item Nyssenus super oratione Dominica; in eo tractatu, qui incipit; *Vmbra continens futurorum lex; Vnigenitus, inquit, Filius ex Patre à S. Scriptura nominatur, atque hactenus eius proprietas fertur.*

* Est Epist. 43. in edit. Paris.
* Græce est ὑποστάσεως. Quod potius retinẽdum vel personæ vocabulũ adhibendũ vt utitetur æquiuocatio
* Est ora. 1. ex illa,

S. quoq; Anastasius Antiochiæ Episcopus * in libr. suo de dogmatibus, cuius initium est; *Salubris fidei nostræ rationẽ*; ait; *Spiritus, vt dixi, dicitur Deus, & sanct. Deus. Hæc autem ambo composita nomina ei congruunt; qui propriè Spi-*

quinq; de rectis fidei dogmatib. quæ exſtãt tom. 1. Bib. 55. pp. citat etiam Gen. ſect. 5.

ritus ſanctus appellatur, ſicut & Patris vocabulum cauſæ; & Filij, ei, qui ex cauſa nullo medio prodit, accommodatur.

Ita igitur Filij ex Patre proceſſum, natiuitatem ſcilicet immediatam diſcimus; ſecundum quam & vnigenitus, & ſolus de ſolo dicitur, perſonalemq; ſuã, ac ſubſtantialem proprietatem hinc accipit, quod & genitus eſt, & à Patre, Spirituq; diſtinguitur. Quippe hanc eius propriam agnitionẽ nobis magiſtri tradiderunt; quòd ſolus ipſe vnigenitus de *ingenito lumine* prodeat. Dictum eſt enim veritatis terminum, & rationem hactenus illi proprietatem ſiſtere, vt ſcilicet immediatè, & continenter, ac genitè ex Patre ſit, vlterius autem nullatenus progredi. Quippe cum & Spiritus ex Patre quidẽ ſit, nec tñ hactenus ꝓceſſus illius ꝓprietas, atq; agnitio ſubſiſtat.

Dictum eſt autem, & Filij vocabulum ei propriè congruere, qui ſit ex Patre, nullo interiecto medio. Quanquam præter hæc, & Patris, & Filij nomen habitũ ad inuicem, ac relationem indiuiduam reddit. Aliud enim cauſam, aliud verò cauſale commendat. Atque iſta quidem ita ſe habent de Filio.

Sancti verò Spiritus proceſſum à Patre per Filium eſſe didicimus: ex quo videlicet conſtat; quia non ſine medio ex Patre prodit. Ait enim Gregor. Nyſſen. in lib. quem ad Ablauium ſcripſit, cuius initium eſt: *Iuſtum quidẽ fuerat, vos, qui omni virtute polletis, pugnare*, ſic ait: *Immutabilitatẽ naturæ cõfitentes, cauſæ ad cauſale differentiã non abnegamus; in quo ſolo alterum ab altero diſtingui intelligimus: qui, alterum quidem, cauſam eſſe; alterum verò, ex cauſa credimus. At q; eius; quod ex cauſa eſt, aliam rurſus differentiã agnoſcimus. Aliud enim eſt, quod ex primo continenter manat; aliud, quod per hoc ipſum ex primo prodit; ita vt vnigeniti nomen*

Vide Bell. l. 2. de Chriſto c. 25. vbi hoc teſt. ꝓfert & explicat. Et Genn. pro Conc. Flo. ſect. 3.

men absq; vlla ambiguitate Filio maneat; & ex Patre Spiritum esse, dubitandū nō sit; cū & Filij meditatio, vt ita dicā, & sibi vnigeniti honorē seruet; & Spiritū naturali ad Patrē habitu non excludat.

Quoniā igitur Theologia nr̄a duplex est; vnita scilicet, atq; discreta. At illa quidē secundū vnius essentię vnitatē; hęc autē iuxta p̄sonalem ꝓcessiuū distinctionē: vnū q̄dem Deū incōmutabilē in se ipso, atq; indiscretum secundū essentiā, aut naturā confessus, vnius n. ad se ipsum, nulla vt dictū est, secundū rē, discretio esse potest; cū deinceps, vt sese ad inuicē habeant p̄sonæ diuinæ ratione ꝓcessus enucleare vellet; in *causā*, & * *causale* primò discreuit. Causam, Patrē; causale verò, cōmuni appellatione Filiū, ac Spiritū vocās, quę etiā, ex causa, appellat, aitq; solùm iuxta causam & causale, diuinas distingui p̄sonas. * Causatū

Deinde, cū causalia hæc, Filiū & Spiritū S. causæ, causaliſq; ratione cōmuniter à Patre discerneret: q̄ppe cū causalia sibi inuicē cōmunicent: hæc rursus ab inuicem distinguit varietate ꝓcessus, atq; ita fermè ait: *Etsi n. ambo à Patre cū sint, eò inuicē cōmunicent, quod causalia sunt; inde tamē differēter esse habēt. Quocirca aliā rursus horū differētiā agnoscim⁹.* Deniq; horū alterū, vid. Fili⁹, ex primo, id est, ex Patre cōtinenter est: alterū, vid. Spirit⁹, per hoc ipsū, q̄ ex primo cōtinenter est, id est, p̄ filium, qui ex Patre, nullo interiecto medio, esse habet: Primū quidē, vtpote causam, Patrē nominans, q̄ autē *contiguè* vel *continenter*, esse habent ex patre, Filium: quippe *contiguè*, vel *continēter*, pro eo, quod est imediatè, posuit: Spiritum verò, ex Patre per medium filium. Vt Pater quidem, qui ex nullo est, eo ipso à Filio discernatur, & Spiritu, quod Pater ipse, atq; initium sit: Filius autē ex illo imediatè genitus,

Digitized by Google

eo ipso discernatur; à Patre quidem, quod nascendo ex illo prodijt: à Spiritu verò, quod ipse quidem immediatè, & *incontinenter* ex primo: Spiritus verò per se ex primo manauit. S. autem Spiritus á Patre quidem distinguatur, quia ex ipso est: à Filio autem, quia non immediatè ex primo est, vt Filius; sed per illum, qui continenter esset ex primo.

Vnde & meritò aliam dixit esse differentiam. Quod enim immediatè ex primo est, quodq; per medium ex primo, processus ratione differunt: quamuis causæ, causaliq; ratione, processus differentia generaliter nequaquam differt.

At, ne fortè quispiam ob hoc Filij medium, confusionem aliquam personalium proprietatum consequi arbitraretur; putaretq; Filium naturali ad Patrem habitu alienum esse; non ait * sed hæc potius Filij mediatio, personarumq; secundum processuum differentiam discretio, inconfusas proprietates seruat, aliâs seruari non valentes. Hoc enim ordine posito, etiam vnigeniti honor indubitanter manet in Filio. Solus enim ex solo est, atq; eius substantiæ proprietas hactenus fertur: Spiritusq; per Filium connectitur Patri, quemadmodũ & in omnibus, in quibus est series; extrema primis per media iunguntur: ideoq; subiungit; Cùm Filij mediatio, & sibi ipsi Vnigeniti seruet honorem; & Spiritum, naturali ad Patrem habitu non excludat. Atq; ista quidem Nyssenus Gregorius.

* Aliquid videtur deesse.

Quæ verò secundò in Nicæa conuenit, sancta synodus Vniuersalis ait: *Credo in Spiritum sanctum ex Patre per Filium procedentem, ipsumq; Deum esse agnitum.*

Idipsum

Id ipsum & S. Tarasius Constantinopolitanus Epiſcopus, qui eiusdem ſynodi pars magna fuit; in epiſtola, quam ad Epiſcopos, & Sacerdotes Antiochiæ, Alexandriæ, ac S. Ciuitatis ſcripſit; cuius initium eſt; *Plurimis, atq; eximijs diſpenſationibus hominum vitam Deus, ac Dominus noſter diſponens, ac dirigens*; quæ & ſuſcepta, & laudata eſt; ac per omnia, ritè ſe habere, ex reſcriptis eorum comprobata, poſt plurima ait: *Et in Spiritum ſanctũ, qui ex Patre per Filium procedit, ipſeq; DEVS eſſe cognoſcitur.* Genn. ſect. 5.

S. quoq; Sophronius Hieroſolymitanus Epiſcopus, expoſitione fidei ſuæ ait; *Credo in ſpiritum ſanctum, ex Patre & Deo ſempiternè procedentem; qui & ipſe lumen agnoſcitur; & verè Patri, ac Filio coæternus eſt.*

Magnus item Athanaſius, in eo libro, qui inſcribitur reprehenſio ſimulationis Meletij, & Euſebij, cuius initium eſt; *Homo ad ſimilitudinem DEI factus eſt*, ita ait; *Eſſet autem impoſsibile, in Trinitatis majeſtate ſpiritum glorificari; ſi non ex Deo per filium procederet, ſed ex Deo factus, & creatus eſſet, vt hæretici dicunt.*

S. quoq; Baſilius, quodam capitulo, cuius inſcriptio eſt; *cur & ſpiritus filij non Filius eſt*, ait; *Non quia non ſit ex Deo per filium; ſed, ne Trinitas exiſtimetur multitudo infinita; ac, ſicut in hominibus contingit, filios eam ex filijs habere arbitremur.*

Item alio in loco, qui inſcribitur; *Niſi quiſpiam Spiritum ex Deo eſſe dicit, ne Verbum quidem: Quonam*, inquit, *pacto ſeparentur inſeparabilia, verbum ſcilicet ex Deo, & ſpiritus ex Deo per Filium?*

Gregorius præterea Theologus virginitatis laudes verſu heroico ſcribens; ita canit,

Spiritus æterno manat de lumine lumen
Per ſobolem, vnuſq; tribuus ſplendor deitatis.

S. etiam Maximus, cùm exponeret, quid ſibi velit apud Prophetam Zachariam, candelabrum aureum; & quæ ſuper illo erat, lampas ac lucernæ, ait;* *Spiritus S. ſicuti naturaliter per eſſentiam Dei, & Patris eſt; ita etiam Filij, ſecundum eſſentiam, veluti ex Patre eſſentialiter per Filium genitum ineffabiliter prodiens.*

*Citat Bellarm. lib. 2. de Chriſto c. 25. ſub fi Gennad. ſect 5.

Ioannes item Damaſcenus* in XIII. ipſius Theologiæ capitulo, cuius initium eſt; *Deus incomprehenſibilis eſt*; ita de patre ait: *Ipſe quidem eſt mens verbi, abyſſus, Verbi genitor, ac per Verbum ſplendifici ſpiritus productor.* Idem, in eôdem; *Spiritus S. paterna vis inſinuatiua arcani Deitatis, ex patre eſt per filium prodiens.* Ita igitur plurimorum teſtimonijs docemur, Spiritum S. ex Patre, per Filium procedere; hoc eſt ex patre non ſine medio.

* In edit. Billij eſt c. 15. l. 1. fidei ortho. citat etiam Gen. ſect. 3.

Quoniam ergò ſecundum proceſſus variam rationem, perſonarũ quoq; varietas deſignatur; quippe Filij proceſſus immediatè Filium tradit ex Patre ſubſiſtere, atque immediatè natiuitatis ratione ex ipſo habere ſubſtantiam: Spiritus autem proceſſus per Filium ipſum eſſe commendat: ex Patre enim per Filium procedere ſupra monſtratum eſt: Proceſſus autem vocabulum ſancti Spiritus perſonæ proprium eſt; ſicut etiam Natiuitas propium Filij: Gigni enim, ac procedere, amborum perſonas inſinuat: conſtat Spiritum ſanctum ex Patre per Filium habere ſubſtantiã. Et illud ſimul conſtat, quod & immediatè, & mediatè, & continenter, & per eum, qui continenter eſt, ex Patre eſſe, differentes diuinarum perſonarum proceſſus inſinuat, naſciq́ue, ac per Filium procedere, ſubſtantialia

tialia Filij, ac Spiritus cùm ſint, perſonarum ipſarum, Filij ſcilicet, ac Spiritus proprietates ſunt, quibus ad inuicem, atq; ad Patrem diſcernuntur. Quocirca genitus alius, alius procedens appellatur; ſicut etiã quiſq; exſubſtantiali termino ſui eſſe nominatur, atq; hoc ipſo à reliquis diſtinguitur. Quippe, vnicè ex Patre progredi, propriam Filij agnitionem eſſe, Baſil. adſtruit; atq; hoc à Patre diſcerni & à Spiritu; cùm ſcilicet per hanc proprietatem ſuam, nullam ad Patrem, atque ad S. Spiritum communionem habeat: Et quæ in hanc ſententiam prædicta ſunt. Spiritus autem à Patre quidem, veluti à *cauſa cauſale* diſtinguitur: à filio autem, per cauſam, quam habet à Patre, per ipſum procedens; hac ſcilicet proceſſus differentia; quod ille, immediatè, atque continenter ex primo: hic autem ex primo quidem, ſed per illum ipſum continenter manantem procedit.

Præterea Mag. Baſilius, in ea, quam prædiximus ad Gregorium fratrem epiſtola, manifeſtius de ipſo ita loquitur; *Spiritus*, inquit, iſte: *hoc habet iudicium, & ſignũ proprietatis ſuæ, quòd poſt filium, & cum filio naſcitur, atque ex Patre ſubſiſtit.* Epiſt. 43.

Quem igitur plurimis in locis S. Patres tertiũ tradũt, id eſt, à Patre tertium, à Filio ſecundum, iuxta perſonalem ordinem: cùm hic iſte poſt filium, & quem ex primo Nyſſenus Gregorius manare dixit; iſte apertius *ex Patre*, ait. Quoniam verò ea particula, qua dicimus, PER; nullum illic temporis interuallũ introducit; quippe temporales morulæ, nullum in æterna vita locum habent; quodq; temporis ratione prius dicitur, inde penitus eliminatũ eſt: idcirco, quod per filiũ dicitur,

ob id dici poteſt, quia ſimul,& cum Filio eſt; tamen ob perſonarum diſcretionem ex proceſſu ipſo apparentium,quem ſaris,*per* particula commendat; dum neq; ſimul tollit; & perſonarum ordinem cum proceſſu S. Spiritus inſinuat,aliâs indicari difficile valenté,à Theologia commodiſſimè ea particula aſſumpta eſt.

Itaq; quod Nyſſenus ipſum ait ex primo eſſe per eum,qui continenter manaret ex primo ; hoc & Magn. Baſil.itidem fatetur.quia enim ex Patre, atq; poſt Filiũ eſt,aliter ita eſſe non poſſet , niſi ex primo per medium procederet. Sin autem ex Patre per Filium procedit;liquet profectò,eum perſonali ſerie,tertium à Patre eſſe. Id autem eſt eſſe poſt Filium, vt Doctor inquit.

Nyſſ. lib. 1. cont. Eun. citat Gennad. ſect. 6.

Hoc ipſum Nyſſenus idem lucidius expreſſit in 1. quæſt.aduerſus Eunomium libro; *Spiritus*,inquiens, *Patri, ex eo, quod increatus eſt , iungitur : at q; ab eo rurſus, quia Pater, vt ille, non eſt , diſparatur : coniunctione verò, quæ illi cum Filio ratione increati eſt; at q; ex eo, quod ſubſtãtiæ cauſam vnam ex Deo omnium habet : ea , rurſum proprietate diſtinguitur, quod neq; vnicè ex Patre ſubſiſtit ; &, quod per ipsũ Filium prodijt. Rurſus etiã, cùm per vnigenitum creatura ſubſiſtat, ne commune aliquid ad hanc Spiritus S. habere putetur ; quia, & ipſe per filium prodijt : illa ſtabili, at q; incommutabili ratione Spiritus S. à creatura diſcernitur.* Si igitur,id ſolùm, quod vnicè filius ex ingenito lumine eſt, propria illius cognitio eſt,qua à Patre,Spirituq; diſtinguitur: id autẽ eſt ex Patre ſine vllo medio eſſe: Spiritus autem ſanctus à Filio, ea proprietate diſcernitur,quod per Filium ipſum ſit,atq; procedit: conſtat profectò Spiritum S. ex Patre ſine medio non eſſe. Id quippe eſt eſſe vnicè ex Patre,quod Filij perſonæ proprium eſt. In eo enim, quod

quod neq; vnicè ex Patre, ſed per Filium ſit, propriam Spiritus agnitionem, Doctor eſſe ait.

Verùm, quia vtrumq;, & Spiritus ſcilicet, & creatura, eſſe per Filium dicitur, quomodo intelligendum ſit, adiecto differenti proceſſuum modo definiuit. Sanctũ enim Spiritum ſine tempore ſtabilem, atq; incommutabilem: quia per Filium naturaliter, & eſſentialiter, & iuxta inſignem Athanaſium, ex Deo procedendo, conſubſtantialis eſt Patri, ac Filio, creaturæq; pariter conditor cnm Patre, ac Filio, vtpote vnus creator: Creatura verò temporalis, commutabilis, atque variabilis eſt: per Filium enim fictionis, conditioniſq; ratione producta eſt, longiſſimè à ſubſtantia Patris, & Filij, & S. Spiritꝰ remota. *Vt enim*, inquit Damaſcenus; *Creatura poſtmodũ non ex creatoris ſubſtantia eſt facta*: nullus itaq; mente, ac ratione præditus, commune aliquid ad hanc habere arbitrabitur Spiritum ſanctum; ex eo, qnod dicitur, ipsũ atq; creaturam prodijſſe per Filium; niſi quantum creata, ad creatorem, & facta ad factorem communia ſunt. *Stabili enim*, inquit, *atq; incõmutabili ratione Spiritus à creatura diſcernitur*. Nunc autem arbitrandum eſt, id, quod dicitur, prodijſſe, vel manaſſe, æternam ante omnia ſecula ſubſtantiam S. Spiritus non ſignificare. Primùm enim cùm docere inſtitueret, quo pacto Deus Trinitas in ſe ipſa perſonaliter ante ſecula diſtingueretur: non quomodo ſe haberet ad creaturam, hoc dixit. Atq; vtinam ſic, vt hìc, quòd dicitur prodijſſe in creatura, ſubſiſtentiam ex Deo, creaturæq; eſſentiam apertè ſignificat: ita & in Spiritu ſancto, cum dicitur; eius ante omnia ſecula proceſſum commendat: atq; eò magis, quò etiam ęternè per filium & eſſe, & prodire, ac procedere

à Theologis asseritur. Deinde magistros item audire fas est, vt hoc, quod dicitur, prodisse, æternos processus Filij, Spirituſq; commendat, quod in sequentibus probabitur.

Est orat. 5. de Theologia. Gregor. Theologus in sermone de Spiritu S. sic ait: *Emanationis, habituſq; ad inuicem differentia, appellationis quoq; illorum differentiam fecit.* Hic emanationem idem, intelligi voluit, quod processum. Processiones autem differentes sunt natiuitas, atq; processus. Rectè ergò dictum est; Differentes proessiones personarum id effecisse; vt aliud genitum, aliud procedens & sit, & dicatur.

Liquet igitur ex his, quæ dicta sunt, idem esse, cùm dicimus: Filium esse & vnigenitum, & sine vllo medio ex Patre, genitumque esse: seu personam, ex persona gigni: idemq; esse, cum dicimus; spiritum esse, & procedere; atq, ex primo per medium esse; &, ex Patre per Filium procedere; neq; sine medio, neq; vnicè esse, neque continenter ex primo. Hæc enim contra eundē dicta conuertuntur. Quæ enim persona in S. Trinitate Filius est, hæc sine medio, & cōtinenter ex primo est. Et, quæ genita, hæc vnigenita est. Rursū, quæ procedit, hæc spiritus est; & quę mediatè, hæc nō continenter: quę autē nō continenter: hæc non genita, sed procedens est. Porrò, quæ per filium procedit ex patre, ea non Filius est. Hæc nāq; Natiuitatis definitio est, ex primo immediatè prodire. Processionis autē, ex primo per mediū.

Et quoniā diuinarū personarum subsistentiæ æternæ, atq; imutabiles sunt: sēper enim erat Trinitas Deo, Pater, & Filius, & Spiritus S. definitiones etiam personalium * subsistantiarum, ipsę * subsistantiales earū proprietates prorsus æternæ, atq; incommutabiles sunt. Et

*Hypostaseon. *Hypostaticæ.

illud

illud idem constat; quia, si tollantur processiones, proprietates etiam, ac personæ simul esse desinent. Nam, si nascendi quidem, aut geniti ex primo esse absque medio, ratio, ac definitio est: procedendi verò, seu procedentis, per filium esse: omninò autem verum est, sublatis definitionibus rerum quibus illæ subsistunt, & illas simul auferri. Nam qui rationale homini tulerit, esse simul hominem abstulit.

Et hinc liquidò cõstat, sublatis geniti, ac procedentis rationibus, huiusmodi ablatione, natiuitatem ac processionem tolli, simulq; etiã, Trinitatem, Deum esse. Ex quibus hoc etiam conficitur, vt qui ex Patre solo procedere Spiritum sanctum asseuerat, necessariò illum, ex Patre esse sine medio confiteatur. Porrò huiusmodi confessione proprietatem substantiæ illius, ac personã illum esse in S. Trinitate vnâ tollet. Atq; hinc neq; tertium à Patre secundum sanæ fidei rationem, ac traditionem SS. Patrum confitebitur. Ita nihil prohibebit etiam Filium esse confiteri spiritum sanctum, sine medio ex Patre procedentem. Filij quippe appellatio secũdum Theologos, ei propriè congruit, qui sine medio ex patre est. Ex quo sequitur, vt quod illinc sine medio est, Filius sit. Proprietatẽ n. filij eam esse deprehendimus, ex patre esse sine medio, quod eum etiam genitum facit: sicq; personalium proprietatum confusio erit; & aut duo filij ex patre erunt ambo sine medio; atq; ideo neuter primogenitus: aut duo spiritus sancti. Quę enim vrgeat necessitas, & distributio, si sint ambo ex patre sine medio; aliam personam esse filiũ, aliam spiritum sanctum; ac non potius vel duos filios esse in S. Trinitate, vel duos spiritus?

Præ-

*habitudo

Præterea,neq; * habitus vllus Filij,ac Spiritus ad inuicem eſſe diceretur,neq; haberemus qua proprietate, ſeu confeſſione, Filium à Spiritu diſtingueremus. Ex quibus ſequeretur neceſſariò, vt ne Trinitatem quidē confiteremur eſſe Deum: ſed tria ſimpliciter,ac ſolutè ſeorſum ſingula. Quippe ſublato ordine, primum,ac ſecundum, &tertium nō diceremus;ſed, vnumquodq; primum,eſſetq; conuenientius, ac magis proprium, *Dualitatem*, Deum dicere Patrem ſcilicet,ac Filium; vel Patrem & Spiritum; eoq; Pater cauſa illorum ſine medio,eademq; ratione eſſet, ordinemq; ſolùm cauſæ, ac cauſalia ſimpliciter haberet.

Eſſet præterea indifferens numerare Patrem, & Filium,& Spiritum,ſiue Patrem,& Spiritum,&Filium: imò,ſicut Spiritus Filij dicitur Spiritus,& imago, naturaliſq;,& viua virtus,& operatio, & quæ in ſequentibus dicentur: ita etiam Filius, Spiritus Filius æquabiliter, atq; indifferenter ſecundum hæc omnia à ſacris literis, ſanctiſq; Patribus diceretur. Nam ſi ſimiliter ſe ad inuicem haberent, æquè ſcilicet ex Patre ſine medio ſubſiſtentes,ſibiq; inuicem conſubſtantiales: & nomina, pfectò ſimili ratione ex altero ad alterum conuerterent. Quæ enim conſubſtantialia ſunt,ac ſibi coæqualia conuertuntur ad inuicem: At, hoc minimè hactenus inuētum,imò omninò interdictum eſt. Namq; Gregorius Nyſſenus* ſuper oratione Dominica,ſic ait: *Filius autē ſancti Spiritus nequi eſt, neque dicitur*, neq; conuertitur habitualis hæc, vt ita dicam,conſequentia.

* Exſtat inter opera Nyſſeni.

Præterea,abſurdum eſt,ex ſolo patre putare eſſe Spiritum ſanctum,ac eundem per filium procedere. Hæc enim apertiſſimè ſibi inuicem contraria ſunt,ac ſe inui-

inuicem deſtruunt. Nam quod dicitur per Filium, mediante Filio, eſſe dicitur: quod autem ex ſolo, ſine medio Spiritum ex Patre procedere ſignificat. Sed iſta, poſtea videbimus:

Illud modò ex his, quæ ſupra diximus, oſtẽſum eſt: quod hi, qui propter pronuntiationem nominum, ſuęque mentis præſumptionem, id quod dictum eſt, per filium procedere ſpiritum ſanctum, non propriè, ac ſubſtantialiter dictum exponunt, ſolíſque verbis diuinarum ad ſe inuicem, perſonarum ordinem eſſe aſſerunt, peccant. Aiunt enim; *quoniam prima perſona, Pater ſcilicet, & Pater, & productor dicitur; & Filius quidem ad Patrem ſecundum ea, quæ ad aliquid dicuntur, conuenienter redditur: Filium enim dicentes, & Patrem vnâ intelligimus. Spiritus autem, etſi à Patre eſſe dicitur, ad productorem tamen propriè, ad Patrem autem impropriè refertur: cùm Pater etiã productor ſit, & intelligatur. Eſt enim idem, & Pater, & productor.*

His autem ita poſitis, ita inferunt: *Ita q3 quandoquidẽ ſpiritum ex patre dicimus; quoniam patrem dicentes, & filium vnâ intelligimus; idcircò dicitur ſpiritus per medium Filium, at q3 per filium ex patre procedere. Cùm autem rurſus primum productorem dicimus, eâdem ratione, quoniam productorem dicentes, vnà etiam id, quod producit, cogitamus; ſi quando Filius ex productore dicatur, tunc Filius per medium ſpiritum, ſeu productum ex productore eſſe propriè dicetur. quippe producti nomen propter productorem intelligitur primum; at q3 conſequenter Filium ex productore per productum naſci. Nihil enim prohibet,* inquiunt, *etiam hoc dici; ſine medio ſcilicet Spiritum ex Patre, quaſi ex productore procedere: Filium verò ex productore, qui & pater eſt, per ſpiritum naſci.*

Sed liquet profectò, eos, qui ſpiritus per filium ꝓceſſionem ita peruertunt, Trinitatis ordinem tollere, confuſionemq́; proprietatum perſonalium, ſublatis item perſonis, introducere. Liquet ſimul eos SS. Patribus, Eccleſiæ magiſtris, repugnare, dum ſine medio ſpiritum ex patre eſſe volunt; ſpiritumq́; filio præponunt; nihilq́; prohibere dicunt, etiam filium ex productore per productum naſci: ex quo filium ſecundum ordinẽ tertium à patre confitentur: putantes ſe propter pronuntiationem nominum, eorumq́; intelligentiæ ſubtilitatẽ, vt voluerint, diuinum etiam, & æternum, atq; immobilem mutare ordinem poſſe, quod, neq; in creaturis fieri, poſſibile eſt. Neq; enim in his, ſi cauſale cauſæ prætulerimus in ordine; ac, de calore diſſerentes, ignis primò mentionem fecerimus; iam etiam continuò calor ignis cauſa erit, aut ſolis radius; neq; dictionis noſtræ gratia, res etiam ſuum ordinem immutant. Sed ita iſti nimium inepti, & garruli ratiocinatores ſentiant.

At verò SS. Patres ordinis iſtam nouitatem, ipſius ſubſtantiæ priuationem, ac totius Fidei negationem eſſe aiunt: Eunomiumq́; cauſantur, quod ordinem in Deo non ſuſcipiat; eumq́;, qui immutat ſubſtantiam, Dei ordinationi refragari definiunt; ipſum Dominum tradidiſſe ordinem in ſalutaris baptiſmi traditione aſſerentes, ſecundum quem, alia ex perſonis prima; alia, ſecunda; alia, tertia perſonali ordine eſt: nihilq́; differre aiunt, vtrum quis ſpiritum ſanctum ad creaturam deducat, an illum filio, vel patri præferat, non ſolùm temporis ratione, ſed ordinis. Quocirca ritè * magiſter eos fugiendos ait; qui & ordinem, quem tradidit nobis Dominus, immutant; vt qui manifeſtè veritati

*S. Baſil.

ritati reluctantur; & filium præferunt patri, vel filio præponunt ſpiritum ſanctum.

Quanquam iuxta ſuperiorem ratiocinationem, quoniam per filium omnia facta ſcripturę ſanctę inducti auctoritate credimus; Filium verò cum dicimus, Patrem quoq; vnâintelligimus, nihil prohibebit dicere, à filio per patrem creaturas manauiſſe; vt neceſſariò iam, & pater filij, & ſpiritus medius ſit. Et quoniam à filio Paracletus mitti perhibetur; Filij autem mentionem facientes, mente ſimul & patrem comprehendimus; eadem ratione, & per patrem mitti ſpiritus dicetur. Atque idem fermè erit, ac ſi quis architecti cuiuſlibet filium, ex architecto per domum diceret natum; quia architectus ad domum refertur. Nam ſimulatq; architectum cogitaueris, & domus ſimul occurrit.

Id autem illorum abſurditatem inprimis arguit, q, Theologi ſecundum ea, quæ ſupra expoſuimus, aliquãdo ex Deo per verbũ, aliquando per filiũ ex Deo ſpiritum eſſe aiunt. Nam ſi huiuſmodi ratiocinationẽ verã eſſe arbitrarentur, cum dixiſſent, per verbum, nunquã ex Deo dicerent: ſed per verbũ, ex mente. Verbũ quippe, iuxta rationem nominis, nõ ad Deum, ſed ad mentẽ refertur. Per filium autẽ, cùm dicerent, nunq; adieciſſent; ex Deo per filiũ, ſed per creaturam. Huius quippe Deus, Deus eſt. imò verò neq; id quidpiã prohiberet dici filiũ ex Deo per creaturas naſci. Deus enim ad creaturas refertur. Idem autem Deus, & pater filij eſſe intelligit. Sed huiuſmodi nugas, atq; ineptias abſit, vt doctorib. ſacris, vnquã in mentẽ veniſſe putemus: ne ſophiſtas illos, quã magiſtros pietatis oſtendamus, alia per alia di-

centes, atq; ex ea parte noſtram intelligentiam obnubilantes, quos oportebat obſcura elucidandi magiſtros eſſe, vt re vera ſunt. Neq; ſanè nobis expedit, quæ ab illis apertè, & vtiliter dicta ſunt, peruersè accipere: ex quo & illis irrogamus iniurias, & nobis ipſis diſpendium ſalutis acquirimus.

Certè lucidius promendę veritatis magiſtri alijs cũ eſſent, dixiſſent vtiq;, ſi ita veraciter eſſe putauiſſent; Spiritum ex Patre per Filium dici tantummodò, non tamen eſſe, ac procedere. Quoniam verò id non dixerunt, expoſitionem huiuſmodi omninò tenuiſſe comprobantur. Nempe & Damaſcenus de patre ait; *Ipſe quidem eſt mens verbi abyſſus, verbi genitor, & per verbum ſpiritus productor.* Dicere igitur ſecundum iſtos debuerat, verbi commentator, tacito *genitoris* nomine. Verbum enim ad mentem refertur, non ad genitorem. Oportebat item, eum productorem ſpiritus per ſe ſolùm dicere, ſuppreſſo, quod ait, *per verbum*. Spiritus quippe ad productorem refertur. Nunc verò, quando productorem per verbum, ait: Verbum autem, neq; ad patrem, neq; ad productorem relatiuum eſt, ſolamq; refertur ad mentem: omnem profectò huiuſmodi curioſitatẽ, vt maximè ridendam, ac pernicioſam reſecat.

Dam. l. 1. fidei ort. cap. 5.

Præterea verò, & quod dicitur, propriè; & nõ propriè; & quod ſecundum ſe & Accidens in diuinis perſonis habebit locum. Propriè enim quod dicuntur & & ſecundum ſe, ad Accidens opponitur. Inſuper, & quod à patre, non propriè ſpiritum eſſe aſſerunt, à patre vtiq; non diſcerneretur. Sed iſta, vt diximus, intelligentiæ Theologorum omninò aduerſantur; qui monumentis ſuis diuinas perſonas diſcreuerunt. Quod ergò

ergò iam dictum eſt, conſtat ex his, quæ prædiximus; qui ordinem tollit, eum ipſum quoq; perſonarũ proceſſum, ac per conſequens, perſonas etiam ipſas ſuſtuliſſe. Nam ſecundum proceſſus ſui rationem; alia quidem ſine medio procedit ex patre: alia verò per mediũ Filium ex patre, eſſe habet: liquet profectò, ſublatis * ſubſtantialibus proceſſibus, perſonas quoq; ſimul auferendas: neq; iam ordinem vllum, neq; Trinitatem nobis reliquam eſſe. Quocirca rite dictum eſt, ordinis eiuſcè nouitatem, ipſius eſſe ſubſtantiæ abolitionem, totiuſq; fidei abnegationem.

* Hypoſtaticis.

Neq; verò iſta ſolùm, quæ diximus, ordinem in S. Trinitate commendant, perſonarumq; proceſſum, per quem Filius quidem ſine medio, ex primo eſt; Spiritus autem ſanctus ex primo per medium; ſed ex alijs plurimis, quæ à magiſtris dicta ſunt, diſcimus & Filij mediationem, & S. Spiritus naturalem, eſſentialem, ſubſtantialemq; proceſſum. IV.

Magnus quippe Athanaſius, in 3. contra Arianos libro, cuius initium eſt; *Qui Arij ſectantur inſaniam, vt intelligi datur, decreuerunt ſemel Apoſtatæ fieri, tranſgreſſoreſq; veritatis*: ita ait; *Non ſpiritus Verbum coniungit patri, ſed hoc à Verbo potius accipit Spiritus.* Et poſt pauca; *Quia enim Verbum in Patre eſt; Spiritus autem ex Verbo datur, ideo nos vult accipere Spiritum; vt, cum illum acceperimus, tunc habentes Verbi Spiritum, quod eſt in Patre, & nos vnum fieri in Verbo propter Spiritum, ac per ipſum in Patre videamur.*

Idem in Epiſtola ad Serapionem de S. Spirtu quæ incipit: *Literæ ſacri in nos affectus tui, mihi in eremo redditæ ſunt*, ita ait; *Ignorant, quoniam vt qui diuidunt à Patre Filiũ,*

vnum esse Deum tollunt; ita, quod à verbo dirimunt spiritum; non iam vnam in Trinitate Deitatem seruant.

Idem rursus in alia, de S. spiritu ad eundem epistola, cuius initium est; *Fortasse miraberis; Non enim*, inquit, *extra verbum est spiritus, sed in verbo cum sit, in Deo per ipsum est.* Ac post pauca; *Cùm autẽ spiritus in verbo sit, liquet profectò, in Deo per verbum esse spiritum.*

S. autem Basil. in quodam capitulo, cnius inscriptio est; *Conglorificari cum Deo spiritum*, ait: *Quod autem in eisdẽ diuinis operibus, Trinitas glorificatur, vnius diuinitatis testimoniũ certum est; quod neq; sine filio pater operatur; neq; sine spiritu filius.*

Idem in alio capitulo; quod inscribitur; *quod ex diuina natura Trinitatis vnitas insinuatur*, ait; *Nunquam fuit pater sine filio, neq; sine spiritu filius.*

Idem in XVI. ad Amphilochium: *Vt igitur se habet ad patrem filius, ita & ad filium, spiritus, iuxta verborum connexionem, nobis in baptismo traditam. Quod si spiritus filio serie connectitur; patri autem filius, & spiritus, patri scilicet.*

Idem vbi supra; *Vnus autẽ & spiritus S. vni patri per vnũ filiũ connectitur.* Et post pauca; *Est igitur iter ad agnitionẽ Dei ab vno spiritu per vnũ filium, ad vnum patrem, at q; è conuerso; naturalis bonitas, naturalisq; sanctificatio, ac regia dignitas, ex patre per vnigenitum ad spiritum penetrat. Ita & persona consentiunt; at q; vnici principatus pium dogma non decidit.*

Damascenus in IV. Theologicorum ipsius capitulo; *Deus*, inquit, *spiritus S. est, medius ingeniti, ac geniti; & per filium patri connectitur.* Si igitur per hæc omnia filij in S. Trinitate mediatio elucet, quomodo sine medio ex patre spiritus est, aut quomodo qui sine medio asseue-

rant

rant ſpiritum à filio non diuidunt? Quomodo vnam in Trinitate deitatem ſe ſeruare confitentur? Quomodo ſecundum illos, extra verbum Spiritus non eſt? Quomodo id ſeruare poterunt, quod dicitur: Neque Filium ſine ſpiritu facere, ſicut neque ſine filio patrem? Quomodo nõ erit ſine ſpiritu Filius? Quomodo ſanctificatione naturali, & naturali bonitate ex patre per vnigenitum ad ſpiritum ſanctum pertingere, perſonas iuxta traditum ordinem confitebuntur, qui ſpiritum ex patre ſolo eſſe dicunt? Vnicique principatus pium dogma, quomodo non illis decidet? Quænam verò neceſſitas, nunquam vel fuiſſe, vel fore ſine ſpiritu Filium? Nam ſi ſunt ambo ex patre ſine medio, non iſta magis de ſpiritu ad filium, quàm de filio, ad ſpiritum dicentur? Si enim iſta ꝓpter conſubſtantialitatẽ dicerentur; oĩò illorũ ad ſe inuicem conuerſio fieret. quippe huiuſmodi conuertuntur. ſed cõſtat ꝓfectò, propter ordinẽ, atq; habitũ ad inuicẽ, iſta dicta eſſe, ſecũdũ quẽ, perſonæ diuinæ ſubſtantiam ſempiternè habent, iuxta proceſſus differentiam, qui etiam imõbilis eſt; quia, & ſubſtantia immobilis eſt. Idcirco etiam dictum eſt; Filius autem S. ſpiritus neq; eſt, neq; dicitur, neq; conuertitur habitualis iſta conſequentia.

Certè magnus quoq; Athanaſius in tomo, quem ad Antiochenos ſcripſit; *Oportet*, inquit, *& eos anathematizare, qui aſſerunt; ſpiritum ſanctum à Chriſti eſſentia diuiſum eſſe.* Æqualiter igitur & qui ſpiritum creaturam eſſe ſentiunt, & qui illum vtcunque aliâs diuidunt, huic ſententiæ obnoxij ſunt. Sed dicendum potius, iuxta Baſilium, nullo modo fas eſſe vel ſectionem vllam, vel diuiſionem cogitare; quaſi vel Filius ſine Patre intelli-

intelligatur; vel à Filio Spiritus diſſeparetur: neq; decere penitus, vt aut Pater ſine Filio, aut ſine Spiritu Fili' vnquam fuerit, iuxta Theologum Gregorium in ſermone de Pentecoſte. Niſi enim, vt dictum eſt, perſonalis ordinis ratio cogeret, ſecundum quem, vt ſe ad inuicem habent diſtributione proceſſuum conſtat, nihil prohiberet etiam ſine Spiritu intelligi Filium. Nam iuxta vnitatem eſſentiæ, neq; *habitus, neq; diſcretio perſonarum eſt. Aut igitur vna perſona eſſet Filius, & Spiritus; aut, nullatenus ad inuicem ſe haberent. Quæ enim nihil ad ſe inuicem habent, nihil neceſſe eſt, dum alterum intelligitur, & reliquum ſimul intelligi.

* ἕξις

Cæterùm, ſicut cum Patrem cogitamus, & Filius neceſſariò ſubſequitur: cùm hic ex eo ſubſtantiam cœperit, ille dederit, atq; hinc ſimul & * cauſa & cauſale intelligitur: ita etiã, dũ cogitatur Filius, quoniã ſimul & ſpiritum cogitare neceſſariò cogimur, omninò ordinis, atque ad inuicem habitus ratio cauſa eſt, per quam ex patre per filium eſſe ſpiritus habet: & ſecundum quam ex primo per medium & eſſe, & procedere à Theologis aſſeritur, atq; ad inuicem & diſcernuntur, & referuntur.

*αἰτία ἀ αἰτιατόν.

V. Verùm enim verò ipſa quoq; à S S. Patribus de S. Trinitate nobis tradita exempla, vel ſimilitudines, prędictum diuinarum perſonarum ordinem, conſubſtantialitatẽq; commendant. Deniq; & Gregorius eximius in ſuis Theologicis ſermonibus, ait: *Oculum & fontem, fluuiu mẽ animaduertimus:* Oculum quidem, in imagine Patris accipiens: fontem autem Filij; Fluuium verò S. Spiritui aſſignans. Sicut igitur in tribus his ordo inſpicitur, ſecundum quem aliquid ſine medio exprimo per medium

medium. Ac per fontem fluuius, non quasi per instrumentum prodiens, per ipsum substantiam habet: Et vna quidem res, eadem q; substantia illis inest: aqua enim sunt: ordine verò substantiæ, ab inuicem differunt: parili modo, præsupposita vna in S. Trinitate, essentia, tertia persona ex prima, per mediam naturaliter, atque essentialiter substantiam habet: vnde, & per illam procedere dicitur.

Hoc & Ioannes Damascen. de Spiritu concinens, ait: * *Tu nam q; fluuius Deitatis ex patre per filium procedens.* Idem etiam Theologus: *Solem*, inquit, *animaduerti, radium, & lucem.* Sicut ergò lux ex sole per medium substantiam habet naturaliter scilicet, atq; essentialiter. Consubstantialis enim est radio, sine quo lux profectò non esset: ita & de S. Spiritu dicendum, qui ex patre per filium procedere à Theologis conceditur.

* Gen. sect. 3. hoc Theophani attribuit.

His consentientia & Damascenus in suis * Theologicis capitulis loquitur dicens: *Spiritus per filium tanquam ex sole radius; per radium verò nobis fulgor traditur.* Prorsus verò nunquam per patris radium, Filium videlicet, fulgor spiritus daretur; nisi per ipsum naturaliter, haberet esse, aliàs quippe per instrumentum esset.

* Gen. sec 3. cit. capitul. 38. Theol. Damascen

Idem præterea Theologus: *Indiuidua, si breuiter dicendum sit in diuiduis deitas est, ac veluti in tribus solibus contiguis, vna est lucis contemperatio.* Si igitur se inuicem continere hoc est, tertium ex primo per medium esse: aliter quippe non esset Trinitas DEVS, neq; indiuidua Deitas; vna enim est luminis contemperatio, liquet profectò vnà cum consubstantialitate etiam personarum seruari ordinem, secundum quem tertia est ex prima per mediam.

Nyſſenus etiam in libro de ſancto ſpiritu contra Macedonianos, incõmutabilem perſonarum diuinarũ ſecundum eſſentiam, ordinemq́; illarum ad inuicem tradens, eoſq́; inſimulans, qui propter perſonalem ordinem, filijq́; mediationem, imminutionem introducere auderent, addidit: *Veluti ſi quis in tribus luminibus diuiſam intuens flammam: cauſam verò tertij luminis primam flammam eſſe ſupponamus; quæ, ex diſtributione per medium ſupremum intenderit. Deinde, in prima flamma calorem abundare parat: inſequenti verò decreſcere, eamq́; immutationem in minus vergere; tertiam ne ignem quidem iam dici etiam ſi ſimiliter ardeat, & luceat, & cuncta quæ ſunt ignis aperetur.*

Et ex hoc igitur exemplo liquet, tertium ex primo per medium eſſentialiter eſſe habere. Ex diſtributione enim medij ſupremum incendi dictum eſt. Atq; vna quidem flammæ ſubſtantiæ eſt: non tamen, quod ſecũdum ſubſtantiam eſt in vllo trium minus inſpicitur.

Summus etiam Chryſoſtomus in pſalmo XCIII. *Fontem quidem appellat patrem, flumen autem filium; aquam verò fluminis ſpiritum ſanctum:* teſtimonium aſſumens Domini, qui ait; *qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.* Quod exponens Euangeliſta; *Hoc autem,* inquit, *dicebat de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Sicut ergò aqua fontis per fluuium naturaliter manãs, per ipſum ſubſtantiam habet, atq́; cum ordine vna, & eadem aquæ ſubſtantia, quantum in humanis, fragiliuſq́; rebus poſſibile eſt, apparere cernitur; ita & de filio, ac S. ſpiritu dicendum.

Ioann. 4.

Alij autem S S. Patrum, ignem, flammam, & lucem, in imagine Trinitatis aſſumpſerunt; ex quibus eadem

eadem colligere licet. Beatus item Cyrillus in thesauris suis radicem, ramum, fructumq; pro similitudine sumpsit: atq; patrem, rosam, florem, filium, odorisq; fragrantiam spiritum S. appellauit: filijq; spiritum ita esse dixit, quasi vaporem ex aqua, ac veluti qualitatem eius. Sicut igitur fructus ex radice per ramum naturaliter prodiens, substantiam ex radice per ramum accipit, nō ex radice, sine medio: sublata verò rami mediatione, fructus constare non poterit. Atq; vna, & naturalis qualitas, & ordo elucet: itidem & de sancto spiritu dicendum, in quantum exempli permittit infirmitas.

Beatus idem Cyrillus in thesauris ait: *Christus Iudæos alloquens; Si autem,* inquit, *in digito Dei eiicio dæmonia, profectò peruenit in uos regnum Dei, Digitum hoc in loco spiritum sanctum ait, quodammodò diuina essentia exortum, at q; ex ea naturaliter pendentem; sicut & digitus ex humana pendet manu. Brachium quippe Dei, & dexteram, Filium sacræ literæ appellāt, vt est illud: Saluauit sibi dexteraeius, & brachiū sanctum eius. Ac rursum; Domine, excelsum est brachium tuum, & nesci erunt: scientes autem, confundentur. Sicut ergò brachium naturaliter toti corpori coaptatum est, cuncta operans, quæq; menti visa fuerint. Vngit autem, consuetè digito ad hoc vt ens: ita & Verbum Dei ex ipso, & in ipso naturaliter, at q; essentialiter coaptatum, vt ita dixerim, at q; exortum cogitamus: in filio autem naturaliter item, & essentialiter penetrantem à patre spiritum sanctum, per quem omnia inungens sanctificat. Non igitur alienus, ac remotus à diuina essentia videtur spiritus sanctus, sed in ipsa, at q; ex ipsa naturaliter est: sicut neq; à corpore digitus ipsi manui ingenitus at q; vnâ exortus. Et manus rursum in corpore non alterius, quàm ipsius substantiæ existens.* Luc. 11. Psal. 97.

Hoc in loco per ſcripturæ imaginem Eccleſiæ magiſter oſtendit,& perſonarum ordinem,quo ex inuicē pendent, puta manus corpori ; digitus autem manui, vel brachio cohærent: ſecundum quem ordinem etiã tertius ex primo per medium eſt, quemadmodum & digitus, naturali ad ſe connexione, & ſubſtantia,ac virtute pertingente per brachium. Sicut & magnus ait Baſilius, naturalẽm bonitatem ,regiam q̃; dignitatem ex patre per vnigenitum ad ſpiritum pertingere. Neq;hoc ſolùm, ſed & omnia ex patre per filium in S. ſpiritu & producta eſſe, & conſtare, Theologia docuit. Ipſum ergò perſonarum ordinem doctor oſtendit , earũq; conſubſtantiale hinc neceſſariò inſinuauit. Vna enim eſt corporis,& brachij,& digiti naturalis, eſſentialiſq̃; ſubſtantia: quamuis neq; manus ſit digit⁹, neq̃; digitus manus; quia neq;manus per digitum corpori coaptata eſt. Quocirca oſtenſo etiam per hanc imaginem perſonarum ad ſe inuicem ordine,conſubſtantiale protinus addidit: *Non igitur*, inquit, *alienus, neq; remotus à diuina eſſentia eſt ſpiritus ſanctus.*

Certè & B. Auguſtinus,quem ſummum, & excellentiſſimum Doctorem vniuerſales ſynodi prædicauerunt, ſicut ex geſtis ſynodalibus conſtat: *Humanam mentem pro patre in imagine ſumit; Verbum autem, quod inſitum, at q; intimum dicitur, pro filio: qui & apud Ioannem Euangeliſtam Dei Verbum dictus eſt*: Patriſq̃; definitio, & Verbũ, & germen,& voluntas,& ſignaculum à Gregorio Theologo appellatus eſt: ſecundum quam maximè imaginem in homine Dei imago ſeruetur. Voluntatem verò, quæ naturaliter omnibus rationalibus, & intellectualibus ineſt, diuino ſpiritui aſſignat; partim quidem ex diuinis

diuinis literis, exempli huius occasiones sumens; partim, quia intellectualis, & rationalis, ac volens DEVS & dicitur, & est. Neq; enim ratione, & voluntate prædita vnquam protulisset; nisi hæc prius in se longè excellentissimè haberet.

Quemadmodum verò Patris definitio, & verbum insitum, essentiale, ac substantiale est: ita & huiusmodi voluntas est, secundum quam Deus se ipsum vult, sicut & secundum verbum suum, se ipsum intelligit. Nullũ enim est in DEO accidens. Verbum igitur sine medio ex mente; Voluntas autem ex mente per Verbum est. Impossibile est enim quemlibet, quodlibet, aut quomodolibet velle, nisi prius cogitauerit, quid velit. Itaque voluntas per verbum, & ex verbo procedit. Ideo & bruta animalia, quia verbo, & ratione carent, neq; volunt, neq; velle dicuntur; sed naturali motu irrationabiliter ferri. Quoniam igitur verbum ad mentem refertur, voluntasque necessariò ex mente per verbum prodit: quod propositum erat, hinc etiam ostensum est.

Atq; exempla quidem, quæ Sancti assumunt, huiusmodi sunt. Sicut autem * fluuius no est sine medio ex oculo: neq; lux esse aliter posset, nisi ex sole per radium: neq; viua aqua ex fonte sine medio, sed per fluuium manat; neq; fructus ex radice sine rami medio. Hoc enim rerum ordinem, ac substantiæ processum confundit, & perimit. In his, & in cæteris, quæ proposuimus, exemplis, eâdem profectò ratione & S. Spiritus rationabiliter ex patre sine medio non dicitur. Tertius enim à patre secundum personalem ordinem ponitur, atq; per filium esse, ac procedere à Theologis

* Ita habet M. S.

asseueratur. Dicere autem ex patre sine medio esse spiritum sanctum, eorum est, qui vnam lucis contemperantiam diuidunt; quodq; dicitur, tres personas se inuicem continere, catenæq; Trinitatem assimilari, ac cætera huiusmodi exempla; quæ, quadam rectitudine, ordinem in S. Trinitate intelligi volunt, neq; enim aliter constaret: omninò negant omnia; atq; à filio spiritum iuxta trianguli positionem dirimunt; cuius latera in base à se disterminantur. Sed hoc prædictum peruertit ordinem; &, quæ de hoc à SS. Pattibus dicũtur, aufert omnia. Ita enim cogitare licebit, sectionem, ac diuisionem filij, & spiritus, ac filium cogitare sine spiritu. Et, cum filium dicemus, neq; inuicem contineri; & contraria omninò sequentur omnia his, quæ à Sanctis dicta sunt, Sed id sanè ineptum, insulsum, atq; impium.

Ne tamen id quempiam conturbet, nullus, quæ in materia contingunt, Deo tribuit. Localia quippe, temporaliaque interualla, & quæ fluxui, ac mortalitati sunt obnoxia, materiæ relinquimus. Si quid autem perfectionis, atque ad creatorem similitudinis in eis' est, id Deo longè dignius adscribimus'. Hinc enim consubstantiale diuinarum personarum, ordinemque ad inuicem earum clam tollimus; sicut in fonte, & fluuio, & viua aqua habet. Hinc ordinis immobile, nultatenus personalibus proprietatibus motis: neq; enim fontis oculus, fons dicitur: neq; fons, fluuius. Neque rursus sol, radius vocatur: neque radius ea, quæ per hunc manat, atq; diffunditur lux: cùm & ipse certè sit lux. Seruandi tamen ordinis causa, singula singulis nomina distributa, & separata sunt. Sicut neque pater

filius

filius est; neque filius pater; neque spiritus sanctus pater aut filius.

Atque aliunde quidem personarum vnio insinuatur. Basilius quippe eximius iridis exemplo vsus est. In qua, cùm vnitio, discretioq; colorum, suauiter, & modicè appareat, non tamen processus vlla in his ratio inspicitur. Aliunde autem processus cum ordine differentia colligitur, vel plura esse ex vno, alia esse ex alio, in vnam aliquam veritatis similitdinem phantasia colligente. Oportet enim nos, quandiu in vmbris, & ænigmatibus viuimus, his rebus, quę nobis notiores sunt, veluti quibusdam adminiculis ad DEVM niti; credentes quidem principaliter, ac necessariò, his, quę inde manant, sententijs: consolationem verò etiam ex his, quæ videntur, quantum licet, capientes, quantumq; creaturæ in se ipsis creatorem exiliter insinuare possunt; visibiliaq; inuisibilem vehicula quædam ad primam veritatem exhibentia.

Vnde & Gregorius Theologus ait: *Nihil est, quod mihi animam sistat inspicienti in exemplis id, quod imaginari, & conspicari pergo*: nisi quis vnum aliquid sumens præ gratitudine proijciat reliqua. Si enim propter illa, quæ materiam, atq; vniuersaliter creata sequuntur; neque essentiæ identitatem, neque ordinem, ex his quæ dicta sunt, exéplis in Deo æquabili proportione sumemus: nequaquam dicere quispiam poterit, nihil hæc nobis exempla prodesse, quasi frustra à Sanctis fuerint, ac sine certa ratione suscepta.

Sic igitur diuinæ Trinitatis ordine, filijq; medio, multi-

multipliciter à SS. Ecclesiæ magistris roborato, constat; quia, si qui Sanctorum vsquam dixêre geminum radiũ, ac gemina lumina Patris, Filium, ac Spiritum; ramumque duplicem, ac secunda patris, id quod à Gregorio Theologo quidam versibus dictum referunt; non aduersantur his, quæ dicta sunt; neq; sibi ipsis, neq; inuicem contraria sunt. Neq; enim illi diuinarum personarum ad inuicem ordinem, earumq; processum tradere instituebant, cùm ista dicerent: sed simpliciter, tres tãtum esse personas, causaliaq; à patre esse filium, & spiritum sanctum, causamq; vnde cuncta manarint. Per hæc enim indicant omnia ad patrem referri. Namque sub *causalis* definitionem, vtraq; deducunt iuxta prioré discretionem.

Quod & Nyssenus fecit Gregorius, vnum Deum in causam, & causale discernens, siue in causam, & quod ex causa. Deinde subijciens, eiusq;, quod ex causa est, aliam rursus differentiam intelligentia assequimur. Alterum enim continenter: alterum verò per eum ipsum qui continenter, atq; alterum genitum, procedens alterum, & si quid huiusmodi perfectè discernentibus dictum est. Iuxta quam sanè rationem, & qui secunda patris dixit filium, & spiritum sanctum, id solum significare voluit, à patre ista causalia esse, vtraq; sub causalis includens definitione. Nam iuxta quod causalia sunt, secunda etiam causæ iuxta personalem ordinem communiter dici possunt.

Sed enim hic ipse in alijs ista perfectius distinguẽs, ait emanationis, habituq; ad inuicem differentiam, appellationem quoq; feciſſe differentem. Rursumq; in versibus ait; *Vnum esse Deum ex patre per filium in S. spiritũ, manente*

Digitized by Google

manente Deitate perfecta, in tribus perfectis. Ne id quidem, quod ait Damascenus, spiritum sanctum medium esse ingeniti, & geniti, prædicto reluctatur ordini. Neq; enim per hoc ille personarum ordinem, substantialéq; processum tradere intendit. Damasc. l. 1. fid. ort. cap. 8.

Cæterùm cum hæretici consubstantialem patri filium vix confiterentur; Spiritum autem sanctum hoc honore, ac dignitate, penitus non dignarentur: SS. Patres hunc, Deum verum, ex Deo vero esse, atq; ex Deo secundum scripturas procedere scientes, non secundũ natiuitatis progressum, sed secundum processum; est, aiebant, quidam etiam alius substantiæ modus, processus scilicet, secundum quem alia persona ex Deo prodit; & hic est, quo procedit spiritus sanctus eiusdem essentiæ cum patre, & filio; qui, neq; ingenitus, neq; sine * causa: non enim Pater est: neq;, rursum genitus, quia nec Filius, iuxta scilicet natiuitatis processionem. Idcirco medium ingeniti, & geniti spiritum sanctũ doctor * hic dixit. Vbicunq; enim tribus terminis positis, tertius ab vtroq; reliquorum denegatur. dialecticæ cõsuetudine medius in aliorum negatione esse cernitur. Si enim spiritum à patre * secundũ esse putauisset; nũquam ipsum ibidem per filium, patri coniungi dixisset. Hoc enim quorundam malignitatem arguit, magistrũque sibi ipsi, atq; alijs consentire euidenter ostendit. Ne hoc quidem vnquam dixisset, spiritum sanctum ex patre per filium procedere, patremq; productorem spiritus per verbum esse. Hæc enim apertissimè sibi inuicem contraria sunt.

*principio

* Damasc.

* Hoc est, esse existimasset secundum.

Si quis tamen processum per filium spiritus, consubstantiale significare velle asseueret; primùm quidé,

ſecundum conſubſtantiale nullus in Deo perſonarum ordo eſt. Nam ea ratione, qua conſubſtantiales ſunt, vna res eſt diuina eſſentia, indiuidua omninò, & indiſcreta. Conſubſtantiale autem, nullam prorſus diſcretionem introducit. Iuxta verò proceſſus rationé, atq; eum, qui inde ſequitur, ordinem, perſonarum numerus inuectus, & admiſſus eſt. Itaque, qui conſubſtantialis ratione dictum putat, ex patre per filium ſpiritum procedere: vnicam illam eſſentiam, cauſam diſcretionis ponit, quod propriè Arianorum eſt; atq; omiſſa diſcretione perſonali, tres eſſentias ab inuicem diuiſas neceſſariò fatebitur: ac præter omnem rationem cauſale, quaſi cauſam ponet. Quippe huiuſmodi proceſſio naturalis, atque eſſentialis cùm ſit; quæ producuntur conſubſtantialia ſibi inuicem oſtendit.

Deinde, etſi conſubſtantiale ſignari his verbis veraciter dicitur, principaliter tamen perſonarum ordo cõmendatur. *Per*, enim particula, vt ait Baſilius ad Amphilochium ſcribens, perſonas primò diſcernit. Conſequenter autem etiam conſubſtantiale introducit. Sicut enim filius, qnia ex patre eſt, idcirco etiam illi cõſubſtantialis eſt: ita & in S. ſpiritu, dum ex patre per filium naturaliter atq; eſſentialiter à Theologis aſſeritur; primò, hæc per filium proceſſio, eiuſq; diſcretio inſinuatur; deinde, etiam conſubſtantialitatis apparet ratio. Naturalis quippe & eſſentialis iſta proceſſio eſſe pro confeſſo habetur. Vnde, & magnus Baſilius in lib. contra Sabelliũ, & Anomæos, cuius initiũ eſt; *Aduerſatur gentilitati Iudaiſmus: Patrem, & filium*, inquit, *confitemur, naturæ autem identitate, quoniam ex patre filius eſt; itidem igitur*

igitur & in filio, & S. ſpiritu dicendum. Qui enim æquali cauſa prodijt, hoc eſt naturaliter, atq; eſſentialiter; cõſtat, quia eiuſdem etiam naturæ cum producente, & cum eo, per quem procedit, eſt,

Quanquam etiam iuxta propoſita exempla, ſi quis ea etiam conſubſtantiale tantummodò indicare arbitratur cum conſequente proceſſuum ordine, conſubſtantialitatis quoq; rationem introducit. Nam, cum Vnitatem in Trinitate, & Trinitatem in Vnitate credere ſumma fidei noſtræ ſit, hæc per omnia, quæ à magiſtris dicta ſunt, ſimul inferuntur, ac ſe inuicem tenẽt; vt, qui alterum confeſſi fuerint, & reliquum etiam cõfiteantur. Et ſic principaliter ordo, conſequenter autem conſubſtantialitas, vt dictum eſt, in perſonis, lucidè apparet.

Conſtat autem ex his, quæ dicta ſunt, eos, qui per filium procedere ita intelligi volunt, exemplis ſuis vtentes, vt lux per vitrum, aut aërem, vel, ſicut aqua per canalem, aut homo per ianuam, contraria omninò fidei confeſſioni, ac S S. Patribus ſentire. Illi enim per filium eſſentialiter procedere affirmant. Iſti autem, eſſentialiter quod dicitur, & naturaliter, per ea, quæ afferunt, tollunt. Neque enim naturaliter, atque eſſentialiter, vel aqua per canalem prodit, vel homo per ianuam, vel per aërem, aut vitrum etiam lux. Quin imò neque ordinẽ iſta diuinarum perſonarum ſubinſinuant, neque proceſſum. Sunt enim alterius omninò ſubſtantiæ, quæ in exemplis aſſumuntur, nulluſque in eis proceſſus naturalis inſpicitur.

Quocirca neq; lux per aërem propriè, sed in aëre dicenda est. S. autem spiritus & in filio est, & per filium prodit, nõ igitur istiusmodi exempla, vel diuinarum personarum ordinem, vel consubstantialitatem indicant. Imò, si quidem eis fidem habere voluerimus, ministrationis officium filio attribuemus, sic, vt etiam proportionis ratione ministri impleat munus. Verùm hoc & ineptum est, & impium. Ea igitur, quandoquidem in ipsis nulla vnitatis ratio, nullus ordo est, vt noxia, nihilq; ad id, quod proposuimus, accommodata reijciantur: Idq; ideo maximè, quoniam eis nullus Sãctorum vsus est. Et illud autem simul apparet, spiritum sanctum, non quia per filium datur, & mittitur; ideo etiam per filium procedere asseuerari: Dari enim, quod dicitur, temporale est; procedere autem, æternum. Neq, possibile est, quod temporale sit, id eius, quod supra tempus est, causam esse. Itaq; secundum substantialem processum suum ex patre per filium procedere S. spiritus asseritur, substantia quippe, sicut & processio, æterna est.

Illud autem vnà insinuatur, illum à filio idcirco dari, & mitti, quia, secundum substantialẽ processum suum, etiam per ipsum est. Vt enim contra Arium scribens magnus Athanasius inquit; *A quo dari oportebat spiritum nisi ab ipso, cuius est? Aliâs quippe minister esset filius, si quod non per se naturaliter procederet, dare diceretur.* Simul etiam fateri cogeremur, filio, & spiritui sancto tẽporaliter aliquid accidere: illi scilicet, dare; huic dari.

Porrò id, quo posito, ineptia simul, & mẽdacium sequitur, ineptum sit, & mendax necesse est. Ex quo, liquet,

Digitized by Google

liquet, non esse geminum processum spiritus; temporalem alterum; alterum, sine tempore. Primùm quidé, quia nullus SS. Patrum hoc dixit. Deinde, quia, si id cõcedatur, inepta, & indigna plurima emergent. Sed vnicus sanè processus, atq; æternus est, secundum quem ex patre per filium S. procedit spiritus. Creaturis autem quæ aptæ, ac dignæ fuerint, ad huiusmodi processus capiendam notionem, atq; illustrationem, prodire, ac lucere, & profundi, ac dari per filium dicitur; atq; tunc, quod in se ipso æternum est, illis temporaliter contingit. Vnus enim omninò, ac semper hic processus est. Deo enim nihil vnquam nouum accidit per summam illius simplicitatem, atq; perfectionem. Creaturis verò, idem temporalis & apparet, & dicitur: non, quod illi tempus adijciatur; sed illis potius, quæ secundum tempus agnoscunt, atq; suscipiunt.

Itaq; secundum id quidem, quod dicitur, ex quo; vnicus est: secundum autem, quod dicitur, in quod; geminus est huiusmodi ꝓcessus. Vnicè enim, ac singulariter procedit ex patre per filium procedens velut ex vno principio, secundum vnicum illum, ac simplicem processum suum procedere dicatur: adiecta tamen creatura, ad quam sanctificandam procedere dicitur: tunc is, qui ex Patre per filium procedit, ex patre, etiam per filium mitti, atq; donari intelligitur. Atq; ille totus ex patre per filium sancti spiritus processus ad creaturã, missio vocatur, quæ in tempore fit propter creaturam, quæ temporali sui participatione fruitur: temporali illo spatio non Deo, sed nobis applicato. Et est vnus quidem, sed ratione differens. Neq; enim, quia temporaliter accipimus nos, ideo temporale aliquid in Deo di-

cere debemus, imbecillitatem conditionis noſtræ illi applicantes. Neq;, ſi quis hactenus cæcus, nunc primũ reſpicere, ac ſolis radijs cœpit frui; ideo etiam vel ex ſole radius, vel ex radio lux nunc manare cœpit. Conſtat quippe & antequam cæcus aſpiceret, ſoli & radium, & lucem ſimiliter adfuiſſe; radiumq́ne ſimiliter perſtrinxiſſe fulgore oculos.

S. Gregor. Thaumaturgus.

Quocirca etiam mirabilium patrator Gregorius, in libro, cuius initium eſt; *Inimiciſſimi, atque alieni ab Apoſtolica confeſſione*, proceſſionem hanc emiſſionem ſempiternam appellauit. Atqui huic nunquam eſſet temporalis æternitas. Ait deniq;, *Ingenitus quidem pater cùm ſit, genitus autem ex patre filius, ſanctuſq; ſpiritus ex patris eſſentia ſempiternè per filium emiſſus.*

Sed & Theologus Gregorius in libro, quem ad Heronem philoſophum ſcripſit; emiſſionem S. ſpiritus propriam dixit: temporale autem nunquam eſſe poterit ſancti ſpiritus proprium. Certè enim, ſi, quoniam à filio datur, & mittitur, idcirco etiam per eum procedere dicitur: noſtri igitur cauſa ſubſtantiam habet; ſecũdum quam ex patre per filium eſt. Sed & quem introducunt temporalem; ſequitur, vt & ipſe propter nos ſubſtantiam habeat. Quod ſi datur: erat vtiq́; quando non erat: rurſumq́; cùm fuerit, eſſe deſiſtet. Sed hæc impia ſunt. Non ergò, quod proponitur, verum eſt. Præterea & eximius Baſilius in 1 v. quæſtionum ait: *Non in tempore, quod prodijt, ex Deo prodijt; & ſi in tempore efficax illius actio reddatur:* mentionem ſcilicet de S. ſpiritu faciens. VI.

Quoniam igitur ſpiritus ſanctus ex patre per filium naturaliter, & eſſentialiter, & æternè procedere à Theologis

ologis asseritur: quod autem procedere dicitur, processus ratione illum habere substantiam indicat; sicut etiam gigni; Filium natiuitatis ratione subsistere: omne autem, quod per aliquod essentialiter substantiam habet, ex illo etiam est: constat profectò, spiritum sanctũ ex filio esse, atq; procedere. Aut enim quod dicitur, *per*, nihil in S. spiritus processione commendat: aut commendat quidem, sed imperfectum aliquid, aut instrumenti implet vicem; aut, sicut per locum, aut tempus, aut certè per filium naturaliter, & processus ratione, atq; essentialiter procedere spiritum S. secundum proprium modum substantiæ cõmendat. Sed cùm cetera in sancta, atq; supersubstantiali, & simplici Trinitate nusquã locũ habeant, oĩò necessariò relinquitur, vt dicamus, *per*, à SS. Patribus non frustra insertũ, atq; id vnà commendare, quod ex patre per filium substantialiter iuxta vnam, eandemq; processionem procedit spiritus sanctus. Prorsus enim, *per*, in quib⁹ assumitur, præcedenti causæ concurrit ad eandẽ efficientiam, quã illa spectat. Atq; hoc latè patet singula inspicientibus.

Nam cum fructus ex radice per ramum prodeat: ramus iuxta seminalem naturæ rationem, quæ in radice est ad efficientiam processus fructuum cum radice contendit. Atq; in prædictis omnibus exemplis, qui ingenium exercere voluerit, idem apparere perspiciet. Sed in his quoque, in quibus ars operatur, serra, verbi gratia, per quam faber gradum ligneum facit, ad illũ, non ad alterius generis effectum artifici cooperatur. Neque enim illi ad calefaciendum, siue dealbandum cooperabitur: idq;, per quod trahitur machina, trahẽti ad pertractionem oneris cooperabitur.

Ac

Ac ſi quidem ſerra, homo eſſet, ſicut & faber, & idē homo, quemadmodū in patre & filio, idē eſt Deus, ſecaret & ipſa, ſicut & faber: quodq; per ſerrā fieret, idē eſſet, q, à ſerra fieret. Si autē in quib⁹ eſt natura differens, ea, p quæ aliq d fit, cooperantur his, qui ſe primò mouent, ac p modo ſuo vna cauſa fiunt: vel ſicut inſtruméta, vel aliâs quomodolibet iuuantia, atq; conferentia: multò magis in patre, & filio, vbi perfecta identitas, atq; incō-mutabilitas eſt filij ad patrem; &, æqua Deitas ſecundū eandem, & vnicam S. ſpiritus ex patre per filium ſubſtātialem proceſſionem; ipſe filius communicabit patri, non inſtrumentaliter, ſeu ſeruiliter; ſed eſſentialiter, atq; naturaliter, vtpote naturalis ei, quæ ſubſtantialiter inſita illi eſt virtus. Nam ſi in his, quæ minora ſunt, per eandem, atq; vnicam cum patre vim etiā filio reddere creditur, in quibus vtiq; ſubſtantiæ eſt infinita varietas: multò magis in ſancto ſpiritu, qui eiuſdem cum patre, & filio naturæ, atq; eſſentiæ eſt. At id, quod dicitur, per filium omnia producta eſſe, & filium, vnam cū patre cauſam, vnumq; conditorem commendat. Itaq; longè magis, quod dicitur per filium procedere, ipſum quoq; filium vnum cum patre productorem eſſe, neceſſariò fateri coget; eoq; magis, quo & per verbum productor ſpiritus dicitur. Nam, ſi pater ſolus productor eſſet, ac producere illi ſubſtantiale eſſet, non productor per verbum dictus fuiſſet. Quæ enim ſubſtantialia perſonarum ſunt, communia cæteris eſſe nō poſſunt. Exempli cauſa: ſi pater per aliquem pater eſſet, paternitas illius ſubſtantiale eſſe non poſſet. Sed de his poſtea dicetur.

Nunc Cyrillus admirabilis auctoritate ſua, quod propo-

propoſuimus, roboret. Is enim in ſecundo ad Hermiam libro, ſic ait:

Sanctum autem ſpiritum dices, qui ex Deo patre per filium naturaliter profunditur. Ac, ſicut in figura reſpirationis oris noſtri ſuam nobis ſubſtantiam indicat.

Si igitur figura reſpirationis oris noſtri pro exemplo ſumpta eſt, quod per filium ſpiritus procedat. Os enim patris filium SS. Patres eſſe aiunt: vel etiam propter inſufflationis illius ſignificationem, quando in ſufflans ſpiritum ſanctum diſcipulis Dominus dedit; ſicut in conſequentibus monſtrabitur. Hoc autem proprium nobis ſubſtantiam ſignificat, conſtat; quia, ſiue per filium procedere dixerimus; ſiue inſufflationis figuram ſuſceperimus: ex vtroq; horum ſpiritus ſubſtantiam, tam præcipuo doctore tradente docemur. Sin autem iſta vera conſentientibus initijs fidei, Doctoribuſq; ſacris, & omnibus ita atteſtantibus; verumq; ominò comprobatur, quod per aliquod ſubſtantiam habeat, id etiam ex ipſo eſſe; liquet profectò, niſi quis omninò impudens eſſe velit, ſpiritum ſanctum ex filio eſſe: quandoquidem per ipſum ſubſtantiam habet, ac per ipſum procedit. Ioan. 20.

Cæterùm nos ex SS. Patribus apertius docebimus, *per*, & *ex*, in diuinis rebus tantundem valere: qui, iſta in his indifferenter accipere, vt pium, monuerunt: aliter autem intelligere, hæreticæ malignitatis eſſe docuerunt. Hi enim præpoſitionum differentiâ, differentes etiam naturas in ſancta Trinitate ſubintroducere moliebantur. Ait enim præclarus Baſil. in his, quæ ad Amphilochium ſcripſit: *non ſolum in diuinis literis vſus vocum immutantur; ſed iam aliæ, pro aliarum ſignificatione ponuntur*

ſæpius, atque ex ſua, in alienam tranſeunt. Denique in his particulis, per, & ex, altera alterius ſæpe ſignificationem ſumit, vt eſt illud: Poſſedi hominem per Deum; quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, ex Deo. Atq; alibi: Quæcunq; mandauit Moyſes Iſraëli per præceptum Domini. Ac rurſum: Nonne per Deum eſt horum declaratio? Per Deum dixit, pro eo, quod eſt, ex Deo. Et hæc quidem Baſilius.

Exſtant hi libri inter opera S. Cyrill.

Sanctus autem Cyrillus in quinto ad Hermiam ait: *Quid autem? Nonne credendum eſt dicenti: Ego ſum via, veritas, & vita? qui, cùm ita apertè, ac ſingulariter ſe ipſum vitam eſſe dicat, nonne patrem, ac Deum hoc ipſum munere excludere videbitur, niſi ambos vnius eſſe naturæ dederimus, ac per vtrumq; in nos æqualiter vitam manare, idq; non quaſi ex duobus, ſed quaſi ex vno omnia viuificante Deo.*

Idem in ſexto ad Hermiam: *Quodcunq; ſanè à patre geſtum fuerit, id omninò filij efficientia eſt: &, quodcunq; dictũ fuerit per filiũ perfici, hoc prorſus pater effecit. Omnia enim per ambos æquabiliter fiunt.*

Idem in quadam ad Neſtorium epiſtola; *Quia ergò carne ſumpta, Et filius hominis eſt appellatus, fateri neceſſe eſt, illum per carnem ex muliere genitum.* Et poſt pauca: *Verbum, quod ex Deo patre eſt, ex ſancta virgine naſcitur.* Itéque: *Natus eſt, ſecundum nos, ex muliere.* Item in ſermone habito coram Imp. Theodoſio, cuius initium eſt; *Humanæ gloriæ ſupremum faſtigium; Verbum,* inquit, *quod ex Deo patre eſt, manifeſtatum eſt in carne. Natum eſt enim per ſanctam Dei genitricem virginem, forma ſerui aſſumpta.*

S. ité Ioan. Damaſc. *Deũ genuiſti mater S. incarnatum ex te.* Et rurſum; *Per te mater virgo ſancta lux eſt orbi reddita.*

Ac rurſum: *Ex te, maſſam meam ſumpſit.*

* Anomœũ

S. autem Maximus in dialogis aduerſus * Anomium

mium: *Mundis*, inquit, *munda sunt omnia. Nam q̃ apud nos iuxta S. scripturæ intentionem, per quem, idem est quod, ex quo. Denique dicit B. Paulus: Fidelis Deus, per quem vocati estis in communionem filij eius.*

D. autem Chrysostomus super Euangelium Ioannis, cum exponeret, quod dicitur; Omnia per ipsum facta sunt, ait: *Verbum, ex quo, quod veluti solius patris præcipuum, ac singulare asseris, etiam de filio Paulus loquens posuit: Ex quo inquiens omne corpus per nexus, & iuncturas compactum, & connexum crescit in augmentum Dei. Neq; hoc solo contentus, aliunde quoq; nobis ora obstruit. Istud, per quẽ, quod imminutionis esse dicis, patri assignans. Fidelis enim*, inquit, *Deus est, per quem vocati estis in communionem filij ipsius.* Et rursum: *Per voluntatem Dei. At q̃ alio in loco: quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Neq; filio solùm attribuitur ex quo, sed & spiritui sancto. Ait enim ad Ioseph angelus: Ne timeas accipere* MARIAM *coniugem tuam, quod enim in ea natum est, ex spiritu sancto est.* Coloss. 2. 1. Corin. 8.

S. præterea Cyril. ad Palladiũ scribens, per interrogationẽ, ac responsionẽ, ferè in princ. libri, quẽ inscripsit, *De spirituali cultu*, ait: *Variabilis profectò spiritus nõ est. Aut, si huic morbo variationis subditur, ad ipsam, diuinã naturã hæc macula reflectitur, si quidẽ Dei, ac patris est, quin etiã filij, cũ ex vtro q̃ essentialiter, scil. ex patre per filiũ profundatur spiritus.* Matth. 1.

Neq; sanè multis verbis agendũ est, vt ea exponantur; quæ sunt apertissima. Constat n. ex his, quæ dicta sunt, *per*, & *ex*, in diuinis rebus tantundẽ valere. Et quoniã spiritus S. ex patre per filiũ procedit, ex filio etiã procedit. Et illud simul cõstat eos, qui dicũt, *per*, & *ex*, tunc tantũ æquivalere, cum in creatura assumuntur; vt illud; *per filiũ omnia facta esse*: idem esse, ac si diceretur, ex filio: Increa- Ioan. 1.

tis autem negant, non rectè arbitrari: D. enim Cyrillus ſpiritum patris, & filij eſſentialiter ex vtroq;; videlicet ex patre per filium profundi declarauit. Liquet item, eum itentidem putare, ex vtroq;, patre ſcilicet, & filio ſpiritum dicere, & ex patre per filium, vt dictum eſt. Sed & Baſilius eximius in 5. cap. ad Amphilochiũ, particulam, *ex*, filio congruere oſtendens, illud allegat; *Ex meo accipiet*: atq; illud; *cognoui virtutem ex me exiſſe*, Ipſiq;, qui contradicunt, gratiam, & efficientiam increatam arbitrantes, per filium, atq; ex filio procedere differenter, confitentur. Et id præterea conſtat, eos, qui, *per*, tantummodo filio aſſignant, *ex*, auferentes, minorem patre filium neceſſariò dicturos. Hoc quippe minutionis ſignum hæreticos ſumere, Chryſoſtomus ait. Non igitur, *per*, S. ſpiritui reddere, vlla neceſſitas coget. Neq; enim dictus eſt Filius ex patre per ſpiritum naſci; neq; filium ex ſpiritu ratio qualiſcunq; dicere vrgebit.

Ioan. 16. Lucæ. 8.

Præterea, plurimis in locis opuſculorum ſuorum SS. Patres, ex filio eſſe S. ſpiritum commendant. Ac primùm Gregorius Theologus in lib. de ſpiritu ſancto à contrario rationem formans: *quid ergò deeſt ſpiritui, ne filius ſit? niſi enim aliquid deeſſet, filius profectò eſſet.* Hac autem obiectione poſita, protinus adiungit: *Non illi quippiam deeſſe dicimus. Deus quippe nullius egens eſt: ſed, emanationis, vt ita dicam, habituſq; ad inuicem differentia, differentem illorum appellationem fecit.* Hunc autem filij ad ſpiritum ſanctum habitum, atq; è contra, Nyſſenus etiam Gregorius, ſuper oratione Dominica affirmat dicens: *Filius autem S. ſpiritus nec eſt, nec dicitur: neq; conuerſionem accipit habitus, iſta conſequentia.*

VII.

Lege Bell. l. 2. de xpo cap. 25.

Quoniam

Quoniam igitur propter materiæ omnimodam amotionem, ſupremæq́; illius eſſentiæ identitatẽ, atq; incommutabilitatem, neq; ſecundum maius, aut minus, primumué, aut poſtremum, neq; ſecundum aliã vllam eminentiam ordo, atq; habitus in diuinis perſonis à Theologis accipitur: neq; enim fas eſt, huiuſmodi rebus locum vllum in Deo eſſe: ſolùm autem ſecundùm relationem, cauſamq́;, & cauſale ſuſcipitur: quẽadmodum in patre, ac filio, relatio, & habitus & traditur, & creditur: ſed & in patre, ac ſpiritu ſimiliter, iuxta ſcilicet traditam differentiam proceſſuum, liquet; quia etiam traditus à Sanctis filij, ac ſpiritus ad inuicem habitus, eadem ratione neceſſariò redditur: vt aut filium ſpiritus, aut ſpiritum filij cauſam fateamur. maximè; quia, vt dictum eſt, diuinas perſonas in ſola cauſa, cauſaliq́; diſcerni deprehendimus. Aliâs enim ad alterutrum filius, ac ſpiritus habitualiter non referrentur: neq; traditus ſeruarẽtur habitus. At qui Filius ſancti ſpiritus neq; eſt, neq; dicitur: neq; conuertit habit⁹ iſta conſequentia. Neq; enim, iuxta expoſitum illius ſubſtantiæ proceſſum ex patre per ſpiritum naſcitur. Quocirca, neq; filij cauſa ſpiritus eſt.

Reliquum eſt igitur, filium ſancti ſpiritus fateri cauſam. quia, dictus eſt ex patre per filium procedere, ſecundùm ſcilicet ſubſtantialem illius proceſſum: iuxta quem & proceſſus ratione, eſſe, habet; & ordo ad alterutrum, & habitus: ac per conſequens, diſcretio ſeruatur. Vnde, meritò dictum eſt; non conuerti habitus iſtam conſequentiam, quãdoquidem, neq; perſonarũ proceſſus, ac ſubſtantia conuertitur. Neq; enim Filius ex patre per ſpiritum naſcitur. Ex quo ſanè mani-

festum est, etiam ex filio DEI procedere spiritum sanctum.

VIII. Nyssenus præterea Gregorius in primo quæstionum aduersus Eunomium, circa finem; cùm præmisisset, sola causæ ratione patrem filio præferri, addidit: *Idem & de sancto spiritu nobis sentiendum. Solo quippe ordine differunt. Vt enim coniungitur patri filius, atq; ex eo esse habens, substantiæ tamen ratione posterior non est: ita & vnigenito iungitur spiritus sanctus, sola quippe causæ ratione præspicitur, ac præfertur filius substantiæ spiritus.*

Deinde, ne quis ex hisce verbis, prius, atq; posterius, localia etiam quædam, ac temporalia interualla Deo accidere arbitraretur; ex quo substantiæ indiuisibile, atq; identitas, singularitasq; tolleretur, secutus adiunxit: *Temporales autem moræ in æterna vita, locum nõ habent: vt cum causæ ratio præferri dicatur: in nullo tamen S. Trinitas sibi discors esse possit.*

Et quoniam præcogitari in sancta Trinitate, quod dicitur, eorum est; in quibus cogitatio, & habitus videlicet secundum personas est: Cogitatio autem, & habitus, in quibus discretio est, esse solet: Discretio verò in sola causa, & causali est, atq; accipitur: colligitur iã, præcogitari quod dicitur, solùm secundùm causam, & quod ex causa est, in sancta ac beatiss. Trinitate à SS. Patribus dici.

Hîc, si quis rursum priora inferat; vt, quoniam scil. pater, & pater, & productor est, paterq; ad filium continenter redditur; productor ad id, quod producitur, refertur, cum ex patre spiritus dicatur, filium, antequã patrem, cogitare compellimur; eo quod patris nomen ad filium redditur: quippe mens nostra, quæ ad inuicé resa-

relatiua ſunt, ſimul cogitare conſueuit. Spiritus enim ex patre, non ſecundum quod pater, ſed ſecundum quod productor eſt, dicitur. Spiritus enim iuxta S. Maximum, patrem non habet. Cùm verò ſpiritus ex productore dicitur, productum ſpiritum ante filiũ cogitare neceſſariò cogimur: quod productoris nomen ad productum referatur: per medium autem productorem, & patrem ſimul, & filium animo verſare.

Si quis igitur hæc, & huiuſmodi de eo, quod præcogitari dicitur, aſſerit, per quæ hæc habitum, ac diſcretionem filij, & ſpiritus, cauſamque, & quod ex cauſa eſt, vnà excludere nititur: hic neceſſariò cogetur, aliquando quidem ſpiritum ex patre per filium procedere, fateri: aliquando verò filium ex productore, per productum gigni. Imò, id quidem apertè & dicunt, & ſcribunt. Nihil enim prohibere iuxta ratiocinationem ſuam patri etiam filium præponere. Atque hac ratione, & per inuicem & ex inuicem erunt. Sed enim hoc & falſum, & blaſphemum eſſe, ſupra iam declaratum eſt. Hac enim ratione: non quia filius ex patre eſt, idcirco ex patre eſſe dicitur: neq; quia ſpiritus ſanct. ex patre per filiũ procedit, ſecundũ ſubſtantialem eius, æternumque proceſſum, ideo ita procedere à Theologis aſſeritur: ſed, quia dicitur, ideo ſe ita habet; dictioque noſtra rei cauſa eſt, ac pro arbitrio dictionis, ac phantaſiæ noſtræ, immobilis, æternuſque perſonarum ordo aliàs aliter habebit: ſimulque, ne diſcretio quidem filij, ac ſpiritus reddetur. Sed iſta ſanè & inepta, ſimul & pernicioſa ſunt.

Quo-

Quocirca etiam rectissimè dicitur; ordinis istam nouitatem substantiæ ipsius abolitionem esse, totiusq; fidei abnegationem: æqualisq; impietatis esse, spiritũ sanctum creaturam confiteri, eumq; vel patri, aut filio præponere, non solum tempore, sed ordine. Id quippe aufert, vnde est; sublato verò, vnde est, & quomodo est, simul auferetur, ac persona esse desinet. Deinde, quid dicturi sunt, cùm pater asseratur secundùm causæ rationem ante filium: mente concipi, atq; cogitari? Hic enim ista illorum expositio locum non habet. Ait enim doctor, *Qua ratione pater antè cogitatur, quàm filius: eadem ratione filium ante spiritum sanctum cogitari.* Atqui pater causæ, causaliq; ratione ante filium cogitatur. Præmissum est autem, & filium ante spiritum sanctum causæ ratione cogitari ante spiritum, ea scilicet causa, quam ipse habet ad spiritum, secundum quam procedit ex patre per filium; non tamen secundum eam, quã habet pater ad filium. Hoc enim mens humana nõ capit; neq: cogitari filium ante spiritum sanctum fas est, vt doctor ait. Quoniam igitur eadem omninò ratione præcogitatur ante filium pater, atq; ante spiritum filius: constat, quoniam filius spiritus sancti causa est.

S. Basil.

S. item Athanasius in 1. contra Arianos libr. post multa sic ait: *Dominus Deitatem, & maiestatem suam discipulis ostendens, non iam se ipsum minorem, sed maiorem, & æqualem esse significans, dabat quidem spiritum sanctum, & dicebat; Ego ipsum mittam, & quæcunque audierit, loquetur.*

IX.

Et paucis interiectis; quo nam modo pater filio sit maior exponens ait: *Maiorem se patrem Dominus dixit, nõ magnitudine aliqua, vel tempore; sed quia ex ipso patre natus*

tus est. Sed & Damascenus in capitulo de S. Trinitate, cuius initium est; *Credimus igitur in vnum Deum, maiorẽ patrem filio, causæ ratione ait.* Si igitur vt dictum est, pater filio causæ ratione maior est, sanctusq; Athanasius, maiorem spiritu filium dixit: constat profectò, dum maiorem dicit, causam illum esse sancti spiritus significare voluisse. Sin autem & pater filio humanitatis assumptæ ratione maior à quibusdam dictus est; spiritus sanctus certè incarnatus non est, vt minor filio susceptæ carnis gratia dicatur.

Etsi enim Mag. Basil. in IV. contra Eunomium, quod dicitur maius secundum causam in patre renuere videtur: huiusmodi illic causam sanctus interdicit, quę secundum tempus, aut magnitudinem, aut aliam quãlibet id genus excellentiã causale præcedat, sitq; illo honorabilior: non tamen patrem filij esse principium negat: constatq; illum in primo aduersus Eunomium, quod maius in patre secundùm causam dicitur: sicut in S. Trinitate causa intelligenda est, omniuò suscipere, atq; confiteri.

Absolutè non bene sonat, dicere Patrem filio maiorem ratione principij, quianil maius in sacrosc. Trinitate. vt habet symbolum S. Ath. Caleca tñ mentẽ suã satis bene explicat.

Ait autem & Theologus Gregorius: *Volo patrem maiorem dicere, ex quo & æqualibus, vt sint æqualia, ipsum q; esse est. Hæc enim omnes dabunt: vereor q;, ne principium minorum principium faciam; at q; hac veluti honorifica prælatione, ipsum contumelijs afficiam.*

Cùm itaq; pro confesso habeatur, causale illi consubstantiale esse, ex quo est, profectò nõ recusabit præclarus Doctor patrem filio maiorem causæ ratione dicere: ad eos præsertim, qui maius quod dicitur piè suscipiunt: neq; ex nominibus blasphemiæ occasiones aucupantur. Idcircò & D. Athanasius, cum dixisset fi-

lium ſpiritu maiorem, etiam *æqualem* addidit, vt omnẽ aditum blaſphemię obſtrueret. Quoniam igitur maior filio pater, filiusq́; ſpiritu cauſæ ratione dictus eſt. Filius ergò ſpiritus ſancti cauſa eſt; etſi filij, ac S. ſpiritus oĩa ad patrẽ refluant, ex quo illis & eſſe, & æquales eſſe, eſt.

X. L. 3. contra Eunomiũ.

Magnus præterea Baſilius in 3. quæſtionum, cuius initium eſt: *Vix tandem ſatiatus.* Illic enim Eunomio ſpiritum ſanctum natura tertium eſſe aſſerente: ipſe, ordine quidem tertium, & valde confitetur. Inſtat autem acriter contra id, quod natura tertius dicebatur, & addit: *Quæ enim vrget neceſſitas; quandoquidem ordine, ac dignitate tertius eſt ſpiritus; natura quoq; tertium fateri? Dignitate enim ſecundum à filio, cum ab ipſo eſſe habeat, & ab ipſo accipiat, & adnunciet nobis, at q; omninò ex illa cauſa pendeat, pietatis ratio commendat. Natura autem tertium, neq; ex ſacris literis didicimus, neq; ex his, quæ dicta ſunt, ſecundum rationem conſequentiæ colligi poteſt.*

Vide Bell. l. 2. de Chriſto cap. 25.

Hic apertiſſimè ſummus vir ſpiritum ſanctum ex cauſa filij pendere, ex ipſoq́; ſuſpenſum eſſe, atque ab ipſo accipere, & eſſe, habere, vt piũ & maximè religioſum probat. Hoc autem, ſi quis non eſſe Baſilij contendat, adiectumq́; exemplaribus dicat, penitus delirat. Quippe in vetuſtiſſimis codicibus ita ſcriptum inuenitur: quos quidem codices pro antiquitate ſua, antequam ſchiſma oriretur, conſcriptos eſſe, nullus ambigere omninò poſſit: quorum obliterati nonnulli cernuntur: quibuſdam hoc illius viri dictum quaſi adulteratum ſuſcipere nolentibus, ac ferro contra mutos apices impiè vtenti bus-

Cæterum contextus ipſe verborum, ipſaq́; allocutio, ſibi ipſi, & auditori congruit mirificè. Ex ipſis quoq;

quoq; iſtis ſancti intentio ſatis quæ ſit apparet. Ait enim eum à filio ſecundum, hoc eſt, à patre tertium ordinis ratione eſſe; quod ipſi etiam ex prædictis aſſeritur. Hoc igitur in loco cauſam appoſuit, cur ſpiritus à filio ſecundus ſit, quod ſcilicet ab illo, eſſe habeat. Hoc enim enunciationis ſpecies exigit: ſicuti, cùm, verbi gratia, dicimus: hic rationalem habens naturã, diſcit, idem enim eſt, ac ſi diceretur: quia rationalem naturam habet, idcirco diſcit. Diſcere quippe *cauſale* eſt; rationalem autem naturam, quod dicitur, quaſi pro cauſa ſumitur. Nuſquam enim eſt, vbi huiuſmodi enunciationis ſpecies non cauſam, atque cauſale ſignificet, cæterum vel quaſi præteriens ponitur; vel quia præter hoc, eſt & hoc. Verùm in S. Trinitate, cùm nulla differentia alia, niſi ſola ſecundum cauſam relatio inſpiciatur, propter ſummam ſimplicitatem; præterienſq; quod dicitur, & re, & verbo, inde omninò auferetur huiuſmodi enunciationis ſpecies.

Hinc cauſam, inde cauſale ſecundo nobis loco à cauſa* cõmendat. Secundo enim loco eſſe propter proceſſum diuinarum perſonarũ in S. Trinitate à Theologis aſſeritur. Spiritus ſancti autem ex patre per filium proceſſum Theologia tradit; per quem ſcilicet & ſecundus à filio, & à patre tertius dicitur. Horumque cauſa eſt, ex patre per filium proceſſus. Vbique autem cauſale cauſa ſaltem cogitatione præcedit. Atque vbi cauſale eſt, cauſam quoque eſſe neceſſariò ſequitur: cauſaque ſublata, cauſale quoq; protinus tollitur. Sanctus ergò vir, qui tertium à patre confitetur ſpiritum, atque à filio ſecundum, iuxta perſonalem ordinem, quique ordinis huius inſolentẽ nouitatẽ, fidei abnegationẽ ar-

*Baſilius.

bitratur; & quæ q́; alia prædixit, qua ratione cauſale ponens, vt pium; deinde, à filio eſſe habere ſubiungens, eam, quæ conſequitur, cauſam, quaſi alienam denegabit?

Nam, ſi ſecundum eſſe, cauſale eſt; huius autem, quod eſſe habeat à filio, & quod abſolutè per filium procedat, cauſa ſubijcitur: cauſale verò nunquam ſine cauſa eſt: quomodo non neceſſariò cum cauſali cauſa quoque conſequitur? Nam, ſi neq; ſecundus à filio eſt, neq; à patre tertius: ne á filio quidem eſſe habebit. Quoniam verò & hîc, & plurimis alijs in locis, ipſum & ſecundum eſſe, & tertium ſanctus vir ponit; ac ne ipſi quidem cõtradicentes, quod dicitur ſecundus eſſe, cum ceteris nõ delent, neceſſe eſt, vt cauſam quoq;, cur ſecundus ſit, quæ profectò eſt, quod ille eſſe habet ex filio, magiſtrũ poſuiſſe fateantur.

Atque, ſicut ipſe in eiſdem ait: *Sicuti Filius ordine quidem ſecundus à patre eſt, quoniam ab ipſo eſt,* & dignitate; quoniam initium, & cauſa ſibi, vt eſſet, pater eſt: Et ordine quidem, ac dignitate, ſecundum eſſe à patre filium, vt cauſale poſuit: cauſam verò, quod à patre eſſet, ipſumq́; initium haberet, & cauſam: neq; ſecund⁹ vllo modo eſſet, niſi eſſe haberet à patre: parilem modum & in S. ſpiritu ponit. Neq́; enim eſſet ſecundus à filio, hoc eſt, à patre tertius, niſi ab illo haberet eſſe. Itaq; vel ſecundum illum eſſe ordine, ac tertium vnà denegent: aut hoc neceſſariò conſentientes, & quod eſſe habeat ex filio vnà fateri compelluntur. Nempe enim ſi ex patre ſolo ſpiritum ſanctum eſſe credidiſſet, quid prohibebat dicere; quia ſicut filius ordine, ac dignitate ſecundus à patre eſt, quoniam ab illo eſſe habet: ita

ita & S. ſpiritus ordine, ac dignitate ſecundus itidem à patre eſt? Hoc enim ſibi & multum quidem ad propoſitum conferre poterat, cùm illum eiuſdem cum patre eſſentiæ, Deumque verum eſſe commendare inſtitueret.

Nam de patre quidem nullus vnquam hæreticorũ fuit; quin æternum, Deumq; verum ſenſerit. Contrà autem de filio plurimi ſæpenumero ſenſerunt. Verùm hoc ille non dixit, cùm diuinarum perſonarum ad inuicem ordinem, proceſſuumq; differentiam probè noſſet, imò interdixit etiam, vt ex his, quæ iam dicta ſunt, euidenter oſtenditur.

Certè autem, ſi tertiũ à patre eſſe ſpiritum ſanctum atq; à filio ſecundum, & à Doctoribus cæteris, & à magno Baſil. accepimus: id autem nunquam ita eſſet, niſi tertius eſſet ex primo per medium, hoc eſt, ex patre per filium procederet; quomodo id, quod præmiſim⁹, non omni veritate fulcitur? videlicet propter ſubſtantialis proceſſus perſonarum ad inuicem apparere ordinem? Quomodo item non idem eſt, & per filium procedere, quod dicitur, & à filio eſſe habere; iuxta S. Baſilium; quod etiam cauſam eſſe poſuit, vt à filio ſecundus ſit?

Qomodo autem & eſſe, & procedere non idem intelligatur; ſi quidem, quod cauſam eſſe conſtat, vt à filio ſpiritus ſecundus ſit, quod per filium ſcilicet procedit: pro hoc ille eum à filio eſſe habere dicere maluit? Quomodo item per filium, & à filio æquabiliter ponens non apertè ſignificat; *ex*, & *per*, tantundem in diuinis valere? Neq; enim quiſpiam ad tantum furoris, & amentiæ prorumperet; vt hoc in loco, *A* &, *Ex*,

particulas ab inuicem significationis ratione dirimere tentaret.

Ex his igitur, quod dicitur à filio esse habere, constat sancti viri textum esse. Quin imò & ex his, quæ calumniatores improbi, in hac clausula contra magistri fidem; & veritatem addunt; manifestè quidem sancti sensus elucet; ipsi verò per oĩa malignitatis arguuntur, vt eorundẽ sit pro voluntate, & delere, & adijcere.

Nam præter id, quod in vetustissimis exemplaribus * inferendam protinus malignitatem & positione & forma literarum postmodum adiectam esse, manifestè apparet, ait in subsequentibus sanctus: *Vt enim filius ordine quidem secundus à patre est, quoniam ab ipso est: & dignitate, quoniam initium illi, & causa vt sit, pater est, & quia per ipsum accessus, & adductio ad Deum & patrem nobis est; natura verò non iam secundus: diuinitas enim in vtroq; vna; ita videlicet & spiritus sanctus, etsi filio concedit ordine & dignitate, non iam tamen quasi alienæ naturæ existens.* Vbi ergò ait: *etsi concedit filio ordine aut dignitate*; addiderunt; *omninò, & concedemus.* Vbi verò ait; *Tradit pietatis ratio*; ipsi cum adiectione legunt, & dicunt: *Tradit fortasse pietatis ratio*; vt per hæc tertius esse quod dicitur ordine, & dignitate, omninò auferant, secundumq; esse à filio nullatenus concedant. Quomodo ergò ratio pietatis cũ sit secundum esse à filio spiritum, id quod dicitur concedere filio, secundum verò à filio, tertium à patre esse est, quem ordinem Dñs in salutaris traditione baptismatis tradidit, vt & hîc & alibi vir iste eximius dixit, hanc esse rationem pietatis asseuerans, deinde veluti cunctabundus, & hæsitans, *fortassis*, adiecit? Quomodo, inquã, qui ordinis istam insolentem nouitatem, abnegationem fidei

* fort into letandam,

Cont. falsa rios Græcos

dei esse definiuit, nihil differre asserens, siue hunc vtcunque quispiam immutet, siue ad creaturam spiritum sanctum deducat, eosque fugiendos statuens, qui eam consequentiam, quam tradidit nobis Dominus, immutant, vt qui apertè oppugnent pietatem, ordinis dominicam traditionem, *pietatem*, appellans: is repente mutata sententia, ista, quasi improbè dicta confutet; *Si omninò ista & concedemus*, inquiens? At id magni Basilij sapientiæ, atq; prudentiæ minimè omnium conuenit.

Sed enim noua illum hîc, & insueta voce, vsum non esse, sed ocasionem ex sacris literis cepisse, inde constat; quod de se ipso Dominus ait: *Quæ ego loquor*, Et, *quæ audiui à patre meo, annuntiaui vobis*. At de S. spiritu: *Ille*, inquit, *me glorificabit, quia ex meo accipet, & annũtiabit vobis*. Ioan. 14. Ioan 15: Ioan. 16.

Porrò Ecclesiæ Magistri, ista vt acceperant, ita posuerunt. Deniq; S. Athanasius in epistol. ad Serapionẽ ita ait: *Et filius quidem, quæ, inquit, audiui à patre meo, hæc loquor in mundo. Spiritus autem ex filio accipit. Ex meo enim inquit, accipiet, & annuntiabit vobis.*

Idem in tertio contra Arianos: *Non spiritus verbum coniungit patri; sed hoc spiritus à filio potius accipit.* Ac rursũ: *Quæq; habet spiritus, ea à verbo accepta habet.*

Beatus item Cyrillus, cùm illud Euangelicum exponeret; *Ille me glorificabit. Illud ergò*, inquit, *irrefragabile omninò erit, omniq; maledicto, & accusatione vacabit, quod ab vnigenito spiritus eius accipere aliquid asseritur. Nam, cùm per ipsum naturaliter prodeat, quasi suum proprium cum omnibus, quæ perfectè habet, quæ eius sunt, accipere dicitur.*

Idem

Idem ſuper illud: *Omnia quæ habet pater, mea ſunt.* Ioann. 16. *Sed ſpiritus iſte proprius*, inquit, *eſt etiam vnigeniti: conſubſtantialis enim patri eſt. Quoniam igitur*, inquit, *ineſſe Deo & patri cernitur: his qui digni ſunt, in ſpiritu ſuo reuelari, efficere q; etiam per ipſum, quæ voluerit, ob hanc cauſam dixit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.*

S. item Anaſtaſius Antiochenus Patriarcha in libr. de rectis Eccleſiæ dogmatibus; *Spiritus* ait; *ſanctus, ſpiritus veritatis eſt, Hic autem à patre quidem procedit, à filio autem accipit.*

Magnus item Baſilius in Regulis ad monachos, ſermone, qui incipit, *Dei clementiſſimi gratia: Credimus*, inquit, *vnum ſolum ſpiritum ſanctum paracletum, ſpiritum ſanctum, in quo ſignati ſumus; in noſtram redemptionem; ſpiritũ* Roman. 8. *veritatis, ſpiritum adoptionis, in quo clamamus abba Pater, qui diuidit, & operatur Chriſti munera ſingulis ad vtilitatem, prout vult, docens, at q; admonens, & ſuggerens quæcun q; audierit à filio.* Conſtat igitur, quia quod dicitur; *ex meo accipiet, in filio*, Doctores ſancti ſuſceperunt.

Cæterum in creaturis quidem, quæ à Deo accipere dicuntur: quoniam per participationem, atq; temporaliter, vt meliores euadant, quodlibet acceperint, dicuntur accipere: hoc in eis minus fuiſſe ſignificat, quod acceperunt. Quanquã & imperfectioribus mortalium, quando ex imperfecto, ad perfectum proficiunt, nihil prohibet, poſtquam nati *eſſe* acceperint: imò & neceſſarium eſt, vt dicantur & audire, & accipere peritiam, ſiue artem, & quæque accepta perficere poſſunt.

Porrò in S. Trinitate, cùm & materia, & omnis affectio imperfecta, ab ea penitus remotæ ſint per ſummam

mam eius ſimplicitatem, atq; perfectionem: ineptũ omninò eſt, putare, vel filium natum prius ignoraſſe patris voluntatem, eamq; poſtea, patre tradente, didiciſſe: quaſi poſtmodum eſſentiæ ſuæ ſcientia adiecta; vel ſpiritũ ſanctũ, patris, ac filij ſcientia poſtea indiguiſſe, quaſi ſenſim, ac paulatim ad perfectionẽ euaſerit.

Si autem Dei quidem verbum patris ſapientia eſt, imò vnus cum patre Deus eſt: ſanctuſq; ſpiritus ſapientiæ ſpiritus cùm ſit; nihil vnquam ab alio audire opus habet: hæc enim ab illa ſubſtantia prorſus aliena ſunt; diſcretioq; in perſonis diuinis ſola cauſæ, cauſaliſq; ratione locum haber: liquet, patrem, cùm ſine cauſa ſit, idcirco ab alio neq; accipere, neq; audire: Filium verò cùm non à ſe ipſo ſit ſed initiũ habeat, patrem; non à ſe ipſo, ſed à patre, & loqui, & audire dici: quippe cùm inde, & eſſentiam vnà, & ſapientiam traxerit. Sanctũ verò ſpiritum cùm à filio & audire, & accipere dicatur; conſtat profectò, à quo accipit, inde etiam eſſentiam traxiſſe procedendo.

Siue igitur non accipit à filio ſpiritus: & ſcripturam vnâ, atq; Doctorum voces eademus; neq; iam ex ipſo naturaliter, atq; eſſentialiter procedere dicetur: ſiue, ex ipſo accipit, vt ipſe filius dixit: ita enim id dictum SS. Patres acceperunt: quæ autem accipit, & habet: quippe iuxta Athanaſij ſententiam; *quæq; habet, à filio accepta habet.* quæ autem habet, huius eſſentia eſt, atq; totus ipſe eſſentiam verè procedens habet; ſicut & filius hanc habet naſcens, neceſſariò à filio accipiens, etiã ab ipſo habet eſſe.

Ac ſicuti D. Chryſoſtomus, illud Euangelium exponens, *Omne iudiciũ dedit filio: Quoniã*, inquit *quod ait, de-*

dit vitam; & quod dixit; Iudicium dedit; idem est ac si dicat, Ioann. 3. *Iudicem illum genuit:* eodem modo, scilicet, & quod dicitur audire, & accipere, secundùm differẽtes personarum processus, id commendat eum habere esse ab eo, à quo accipit. Nam si quod dicitur, *dedit*, iuxta Chrysost. eum, ex causa esse, significat; etiam accipere quod dicitur, idem significabit. Quod enim dat causa, id & causale accipit. Vnde & D. Athanas. ad Serapionem; *Accipiet* pro eo, quod est, *suscipiet*, exposuit dicens: *Atqui, si filij spiritus est, & à filio omnia suscipit spiritus, vt ipse scilicet Dominus ait.* Vbi verò hoc ait Dominus? illic profectò vbi dixit; *Ex meo accipiet*. Itaq; si quod à patre accipere dicitur filius, ab eo nasci est, & quod à filio suscipere spiritus dicitur, hoc est à patre per filium procedere: & quoniã eius, quod annuntiare, & suggerere dicitur, accipere causa est: accipere autem, & audire à filio habet; necessariò audire, & accipere idẽ in diuinis rebus est: ac magno asserente Athanasio, quæcunq; habet spiritus, à filio accepta habet: per id ergò, quod audit à filio & accipit, totus ex toto esse demonstratur. Et quia non aliud est pater, aliud totum filius: sed vnum est totum pater, & filius: Vna enim est essentia & patris, & filij; quasi ab vno spiritus accipit, seruata semper differentia gignentis, & geniti. Quocirca etiam à filio habere esse dicitur, ac per filium procedere.

Si igitur iuxta Saluatoris sententiam ab ipso, spiritus audit, & accipit, porrò, ab ipso audire, & accipere q, dicitur, ab eo esse habere, significat, secundum communes sanctiones fidei, sanctorumq; Patrum expositiones: qua ratione, magnus Basilius, eum, qui esse ab illo

illo habet, & ab ipſo accipit, & annuntiat nobis; ac penitus ex illa cauſa pendet, quaſi alienum denegabit? Illud enim ex ſacris literis accepit; hoc autem, quaſi conſequens, & æquiualens poſuit, veluti concluſionem initia neceſſariò ſequentem. Quis autem dicat, noua illum, & aſperiore, atq; inſueta vſum voce; cum ipſa ſacra eloquia; & diuus ipſe Pater cum Doctoribus reliquis, fideſque, atque omnia penitus reclamet?

Ex quibus ſanè manifeſtum eſt, dictum illud, ſicut ſupra expoſitum eſt, magni patris eſſe Baſilij, ex quo ſibi ipſi, & Doctoribus ceteris conſonet. In quibus autem exemplaribus non ita inuenitur, aſtum eſſe apertæ malignitatis, eorum ſcilicet, qui tuendæ opinionis ſuæ cauſa, quæ maximè contra ſe erant abſtulerunt, & magiſtros noſtros iniurijs, contumelijſq; affecerunt; partim addendo, partim detrahendo illorum dictis, atque ſententijs.

At, ſi dicat quiſpiam, Baſilium ſanctum in eodem contra Eunomium opere, apertè Trinitatis ordinem, tertiumque à patre ſpiritum ſanctum denegare; cum ipſum Eunomium arguens dixit: *Qui nam verò ſancti, & in quibus libris eius doctrinæ auctores fuerint, dicere non poteſt:* ipſe Eunomius ſcilicet: ipſe enim de ſancto ſpiritu dicebat; quod, cum à Sanctis tertium ipſum eſſe, & ordine, & dignitate, accepiſſet, tertium etiam natura eſſe crederet. Si quis igitur hoc inferat; conſtat quidem ex his, quæ dicta ſunt, magnum Baſilium ordinem in ſancta Trinitate confiteri, tertiumque à patre eſſe ſpiritum ſanctum. Hic verò Eunomi-

nomium insimulat; vel quia ordo iste nec dum ita fuerat à Sanctis declaratus; & simpliciter, more suo, mentientem per hæc, arguit, non habentem, vnde id posset asserere manifestius. Imò, nec dum id ita apertè positum fuerat; neq; de hac ratione ordinis, quispiam priorum ita differuerat. Ante enim ea tempora, quibus Athanasius, Basiliusq; floruerunt, & quiq; per eam ætatem fuerunt Ecclesiæ magistri, nullos fuisse publicè Doctores legimus: siue quod magis proprium, ac verũ est, quasi derogantem sanctis, atq; ipsi veritati calumnias struentem, cum eos tradidisse asserat, spiritum sanctum tertium esse & ordine, & dignitate, quosdam scilicet substantiæ gradus distinguendo: atq; ideo se credidisse, illum natura quoq; esse tertium: Basilius enim, quod ex prædictis patet, ordine quidem, ac dignitate, tertium fateri, vt pium, amplectitur: tertium verò & dignitate, & ordine secundum naturam, nusquam suscipere perspicitur.

Duplicem enim ordinis speciem in superioribus tradidit; alteram ex his probans; alteram, vt supra declaratum est, improbans. Nam aduersus id quidem, quod tertius ordine, & dignitate dicitur: iuxta quem ordinem essentiarũ differentiæ, & prius ac posterius, & honorabilius inferri videbatur, tota vigilat intentione; Ad id verò, quod tertius ordine & dignitate dicitur; secũdũ quẽ ordinẽ causa, & causale; initium, & quod ex initio est, & simul, & coæternitas conspiciuntur; sicut igni, ad lucem, quæ ex ipso manat, naturaliter conuenit, vt ipse dicit. Vel, sicut lux, & radius, & sol ad se inuicem habent; ad hunc igitur ordinem, nequaquã reluctatur: nisi qs eũ sui oblitũ putet, ac se ipsũ destruere.

Simul

Simul & hoc ex superioribus apparet; eos, qui ita exponunt, quod dictum est: *Ex meo accipiet*, pro eo, quod est, *ex patre meo*, non rectè arbitrari. Summi enim Patrum, hoc, vt supra ostensum est, in filio acceperũt, quasi diceretur, *ex meo, ex mea re*; hoc est, totum ex tota mea plenitudine accipiet.

Præterea si esset hæc vera intelligentia, nequaquã sine additamento diceretur. Nunquam enim possessiua pronomina masculini, vel feminini generis, sine articuli adiectione græcè linguæ proprietate proferuntur. Dicimus enim ὁ ἐμὸς πατὴρ, ἡ ἐμὴ οἰκία, ἡ πόλις. id est, *hic meus pater*, & *hæc mea domus*, aut *ciuitas*. Ita quippe Græcæ, vt diximus, linguæ consuetudo, qua hoc Euãgelium scriptum est, proferre consueuit: Aliâs enim vitiosa esset pronuntiatio. Cùm verò sine adiectione dicitur, neutrum esse, & rem significare intelligitur. Exempli causa; εἴ τι ἡ τὸ μόν ἐστι παρὰ σοί, id est; *Si quid meũ est apud te*, quod per se rem intelligi dat. Ad hæc autem: *ex meo accipit*, siue *accipiet*, præcedentia commendat. Ait enim: *Omnia, quæ habet pater, mea sunt. Ideo dixi vobis, quia ex meo accipit.* Si enim spiritus à filio accipit; Patris autem omnia, & filio communia sunt: manifestum est ex his, insinuari filium, vnum cum patre, DEVM esse: Spiritum autem verum DEVM ex patris, & filij essentia denuntiari: quæ sanè superni eloquij vis est.

Porrò dicere: *Omnia, quæ habet pater, mea sunt; ideo dixi; quia ex meo patre accipiet*; aut nihil significat, aut nihil ad propositum sibi: quippe susceptа ad structuram causa, nihil de filij dignitate concludit; nisi in quantum dictum est; Omnia, quæ habet pater mea sunt: quod etiam sine eo quod sequitur, solũ per se ipsum dici poterat.

Respondetur ad obiectionem ex S. Chrysost.

Cæterum, si quis D. Chrysostomum obijciat, in quodam sermone suo id exponentem, quod dicitur; *ex meo accipiet*; videlicet *ex mea carne*, atq; *ex meo corpore*, veluti ex cisterna quadam inde hauriens: Impletum enim fuisse IESVM secundùm hominem omnibus gratijs spiritus, ab illo sibi insitis, & in se reconditis, atq; ita cæteris distribuisse: vt interim summi huius viri fuisse hunc sermonem concedamus; valdè enim suspectus est, eo quod reliquis sermonibus illius minimè similis sit; neque sensu, neque dicendi modo, erat enim magis proprium dicere: spiritum ex se ipso ista accipere, cùm ipse magis huiusmodi munerum sit fons, quàm Domini corpus in quantum corpus; expressiusq; diceretur, & verius, filium à spiritu accipere, & dare nobis, cùm & ipse ista det: atq, eò magis, quo & ipse spiritum dat, non ille, filium.

Posito tamen, hunc sermonem esse Chrysostomi, piè ista docebimus, neq; superioribus contraria esse, neq; traditam à sanctis Patribus expositionem, hoc posito, nutare. Neq; ista sibi adeò contraria, vt vno posito, reliquum inconstans sit- Neq; enim, etsi, vt homo, filius mittitur, plurimisq; Doctorum id videtur: non ideo, qui hunc, vt Deum mitti dixerit, continuò blasphemus erit. *Missus enim est*, ait Theologus Gregorius, *sed quasi homo, sin autem etiam vt Deus, quid hoc?* Et hoc profectò, quasi verum, approbauit?

Neq; magnus Basilius, cùm dixisset, filium ordine, ac dignitate à patre secundum esse: quia initiũ, & causa illi, vt esset, pater fuit; continuò se ipsum destruxit, adijciens: *& quoniam per ipsum accessus, & adductio ad Deũ, & patrem nobis est*: Vtrumq; enim verum est, si quis ista distin-

distinguere velit,&iuxtavariam intelligentiã acceipere.

Ita & Chrysostomus dixisse putandus est,cum hæreticiex eo,quod dicitur spiritum sanctum à filio acceipere, spiritus substantiam vellent imminuere : sanctus illorum ora obstruerevolés, hoc in loco accipere quod dicitur,secundum hominem accepit:vbi autem aduersus illos ei pugna non erat,traditam expositionem cum reliquis roborat. Dicens enim Ioannis Euangelio; *Ex meo accipiet*;hoc est,ex mea scientia,ostendit se quod dicitur, ex meo accipiet,vel accipit,*ex filio*,intellexisse.Ipse quippe est Dei sapientia, neq; est aliud essentia eius, præter scientiam ipsius. Aliter quippe compositus erit,cum in alio essentia,in alio scientia inspiciatur.Et essentia quidem carere intelligentia: scientia verò sine substantia esse credetur. Enimuerò dare, & accipere q, dicitur,causam,causaleq; signare monstrauit. Hoc autem expositionem,quam prædiximus,roborat.

Quemadmodũ igitur his,qui maius in patre pie causæ ratione suscipiũt,dicere id quoq; nõ nisi piũ est, iuxta sanctorũ scil.doctrinã: Ita & in filio dicendũ secundũ Athanas. quòd scil.spiritu sit maior:ita ergò nihil ,phibebit,etiã ipsius Chrys. traditam expositioné,veram,ac necessariã existimare: maximè cũ hodie nulla nos hæreticorum contradictio perturbet.

Si igitur,neq;Doctorib.reliquis,neq;sibi ipsi contrarius est: quomodo prædictã expositionem illi contrariã dicemus:si,& illo modo alia ratione dici potest,nulla pʃertim contradictione ꝓurgente? Colligi autem & hoc ex prædictis potest,quia maius,quod filio secundũ causam Athanas.reddidit: hoc Mag.Basil.in spiritu posuit,asserens illũ filio concedere & ordine, &dignitate.

Nam

Nam ſi ſpiritus concedit filio, & ordine, & dignitate, conſtat filium maiorem eſſe ordine, ac dignitate. Hoc autem etiam ad Amphilochium ſcribens, indicauit dicens: ſicut ergò ſpiritus ſanctus, eius, ex quo proceſſit magnitudinẽ inſinuat, filiſ ſcilicet, de ipſo enim ſibi ſermo erat: Etſi igitur eum filio concedere dixit; vnam tamen vtriuſq; naturam confitetur: quoniam deitas in vtroq; vna. Ac veluti cùm pater filio * maior, cauſæ ratione dicitur; non ideo tamen filius patre minor eſt. Ita, & cum filius maior ſpiritu ſancto aſſeratur; non tamen filio minor ſpiritus ſanct. intelligitur. Vna quippe trium eſſentia eſt. Porrò cũ huiuſmodi ſecundũperſonalẽ ordinem dicuntur, ſola cauſâ, atq; cauſali perſonarum diſcretio redditur. Nihil enim aliud concedere, vel ſecundum eſſe ſignificat, niſi aliam ante ſe eſſe perſonam, quæ antè, mente concipiatur, quàm ipſe.

* Hæc quæ de maiore, & minore, hic & ſupra ſæpius Cal. repetit, piè & cõmodè accipienda ſunt, vt & illa de prioritate: nam ſimpliciter nihil maius aut minus eſt in SS. Trinitatis myſterio.

Porrò, qui ita Baſilij dictum accipiunt, vt quod ille ait ſpiritum à filio eſſe habere, ab ipſo dari, habere ſignificare putent, eſſe pro eo, quod eſt dari, accipientes: contrà omninò ſentiunt, quàm ſe habet Doctoris intentio. Ille enim conſubſtantialem patri filium cùm oſtendiſſet; etiam ſpiritum ſanctum conſubſtantialem filio, ac per ipſum, Patri, concludere intendit. Cæterũ dari à filio, contrarium concludit, niſi quod datur per eum, per quem datur naturaliter, & eſſentialiter procedere præſupponatur, quando etiam dari, in diuinis idem eſt, quod procedere. Quoniam igitur Eunomius creationem filij ſpiritum ſanctum eſſe blaſphemabat, dari autem ſolùm quod dicitur; ad hanc illi blaſphemiam opitulabatur: ſanctus profectò vir, atq; doctiſſimus, nunquam adeò imbecilliter, ac pro inimicis etiã egiſſet

egisset, imò, si omninò putauisset, huiusmodi expositionem ex verbis suis capi posse, vel id nunquam penitus dixisset: aut, cum adiectione, ac præfinitione, iuxta Doctorum consuetudinem dixisset: atq; omninò, vt fuit diligentissimus, in hac re inprimis maximam diligentiæ curam habuisset, ne contra quam proposuisset, efficeret.

Ex quo item constat, idcirco dici à filio dari spiritum sanctum, quoniam ab ipso, esse habet. Aliâs enim ministri fungeretur officio, quod non per ipsum naturaliter procederet, præbens. Liquet etiam, quod dicitur, ab eo esse habere, substantiam spiritus per filium, significare.

Præterea, magnus ipse Basilius in IV. quæstionum ait: *Neque enim minus aliquid eramus habituri ad agnoscendum, quod spiritus ex Deo sit: spiritum oris eius ipsum esse audientes*: sed hoc sufficere poterat per se ad indicandum, substantiam eius, ex Deo esse. Si igitur spiritum ex Deo esse, idem est, quod spiritum oris eius dici: Os autem patris, filius à magistris Ecclesiæ dicitur: idem ergò est, spiritum ex Deo esse, dicere, & ipsum filij spiritum dicere. At illud, sancti spiritus ex Deo substanriam significat. Itaq; & quod filij spiritus dicitur, eandem itidem substantiam spiritus & per filium, & à filio designat. Sufficere itaq; ait & hoc ad insinuandam substantiam spiritus. Vnde constat etiam, quia non aliâs filij diceretur spiritus, nisi per ipsum, & ex ipso substantiam haberet.

Quoniam igitur in Deo, & materia, & cuncta quæ sunt ex materia, penitus locum non habent; & neq; secundum excellentiam, atq; defectum; neq; vt possessio,

siue factura, siue pars, siue membrum, neq; quomodolibet aliter potest hoc huius, aut huius dici, secundū huiusmodi proprietatem: constat profectò, quia cùm hoc huius, aut huius à Theologis dicitur, causa insinuatur: aliter enim esse possibile non est.

Ex quo & illud vna insinuatur, spiritum ad filium relatiuè dici, si hæc ad inuicem discernere, secundum causæ, causalisq; relationem velimus: siquidem iuxta Gregorium Nyssenum: *In hoc solùm, alterum ab altero distingui deprehendimus, quod ille, causa, iste, ex causa sit.* Quod rursus ita diuisit; vt alium diceret esse continenter ex primo; alium, per eum, qui continenter esset ex primo, manare. Sed iam libri huius continenda longitudo est, vt ad ea, quæ restant, lectoris intentio interim à labore reparata, alacrior, atq; vigilantior assurgat.

FINIS LIBRI I.

MANV-

Digitized by Google

MANVELIS CALECÆ, LIBER SECVNDVS DE PROCESSIONE SANCTI SPIRITVS CONTRA GRÆCOS.

IESV nobis præi, & dux esto. Te enim duce, non errabimus.

IN sacris literis spiritus sanctus Dei spiraculum dicitur. *Spiraculũ*, enim, *omnipotentis*, ait B. Iob, *edocet me*. A spirando enim vtrumq;, & *spiritus* scilicet, & *spiraculum* denominatur. Nam, & magn. Athanasius, in libr. qui inscribitur, *Reprehensio simulationis Meletij, & Eusebij*, dixit, *Non natiuitati S. spiritus processio assimulatur, sed spiraculo; quod spiraculum quasi ex ore prodeat*. Idemq; in libro ad Serapionem de spiritu sancto: *Spiritus iste*, inquit, *spiraculum filij est*. Si igitur spiritus quidem filij est, & dicitur spiritus: spiraculum autẽ, & spiritus idem est. Spiraculum verò spirantis est; manifestum est, spiritum sanctum ad filium, quasi ad inspirantem referri. Nam si spiraculũ ipsius est; constat, quia ab eo inspiratur, ipseq; inspirans est. Spiraculum quippe, vt diximus, à spirando denominatum est. Iob. 33.

Quoniam verò ſpiraculum Dei dicitur ſpiritus ſanctus, vnus autem Deus eſt pater, & filius; quippe cum vna eſſentia ſit; ſeruata ſolum perſonali differentia; qua alius gignit, & alius gignitur; totuſq; ex toto ſpiritus ſanctus aſſeritur: Neq; aliud eſt totus pater; aliud totus filius; neq; diſſonum: conſtat, quia pater, & filius vnus eſt ſpirans ſanctum ſpiritum, quorum ille ſpiraculũ eſt. Vnde & productor per verbum dictus eſt.

S. quoq; Epiphanius in eo libro, quem inſcripſit * Anchoram, ſic ait: *Pater erat ſemper, & filius erat ſemper, & ſpiritus ſanctus ſemper ex patre ſpirat, & filio.* Verum enimverò, vt germen, & filius idem eſt, & ſpiritus, & quod ſpiratur. Atqui productor per ſe ad productum dicitur; ergò & ad ſpiritum dicetur. Itaque, cuius eſt ſpiritus & ab eo inſpiratur, & ad illum relatiuè dicitur. Ex quibus item conſtat, quoniam ſpiritus relatiuè filij ſpiritus dicitur. Quocirca & hoc ad inſinuandam eius ſubſtantiam ſufficere, magnus inquit Baſil. Niſi enim ita eſſet, cum ſpiritum dicimus, in vnam S. Trinitatis perſonã cogitatio non recurreret, ſed in vnũ Deum. Et Deus enim abſolutè ſpiritus dicitur: atq; ita, neq; Trinitas eſſet Deus; neq; nos proprijs eam nominibus cõfiteremur: neq; in cogitationem trium perſonarum adduceremur.

* Ancoratus.

Atteſtatur autem his & S. Auguſtinus in v. de Trinitate libro, ita dicens: *Spiritus verò ſanctus ſecundum id, quod ſcriptum eſt: quoniam Deus ſpiritus eſt, poteſt quidem vniuerſaliter dici; quia, & pater ſpiritus, & filius ſpiritus. Itaq; & pater ſanctus, & filius ſanctus, & ſpiritus ſanctus, quoniã, vnus Deus; & vtiq; Deus ſanctus eſt, & Deus ſpiritus eſt, & poteſt appellari Trinitas, & ſpiritus ſanctus. Sed tamen ille ſpiritus*

ritus ſanctus, qui non Trinitas, ſed in Trinitate intelligitur; in eo, quod propriè dicitur ſpiritus ſanctus, relatiuè dicitur, cùm ad patrem, & ad filium refertur: quia ſpiritus ſanctus, & patris & filij ſpiritus eſt.

Theologus item Gregorius ait: *Emanationis ad alterutrum habitus differentiam; differentiam etiam illorum appellationem effeciſſe; vt ſcilicet, alius quidem filius, alius ſpiritus ſanctus diceretur.*

Sed & Gregorius Nyſſenus ait: *Filius autem ſanctus ſpiritus neque eſt, neque dicitur, neque conuertitur habitus iſta conſequentia.* Vbi verò habitus eſt, & relationem profectò eſſe conſtat.

Quod ſi quis contendat, ac ſpiritus nomen inter ea, quæ dicuntur, *Ad aliquid*, ponere omninò renuat: Primùm quidem, præter omnem rationem, Patrumq; ſententias ſentire ſe nouerit. Deinde, nobis non de nomine, ſed de re maximè ſermonem eſſe audiet. Ipſa igitur perſona ſpiritus, ſiue productum, ſiue ſpiritus, ſiue procedens, ſiue aliquid aliud dicatur, Trinitatis tertia perſona patris, & filij eſſe dicitur, & ad patrem, & filium refertur: In diuinis autem perſonis, quod eſſe alicuius dicitur; aut ex illo eſt; aut cauſa eſt eius, cuius eſſe dicitur. Nulla enim alia illic differentia eſt, præter relationem, quæ ſecundum cauſam cauſale eſt. Aliter enim non eſſet Trinitas DEVS.

Quod autem à quibuſdam infertur, vt dicant; *quia & ianua domus dicitur, & Deus, Deus noſter, ſed neq; ianua ex domo, neq; ex nobis Deus, penitus abſurdũ & fœdũ eſt*: Primũ n. in diuinis perſonis ſolùm dignitas ſeruari dicitur, vt, q̃ alicuius dicitur, aut ex illo ſit, aut cauſa eius eſſe, cuius dicitur, intelligatur: quandoquidem illic nulla eſt alia

differentia. Neq; enim vt membrum, aut pars, aut instrumentum, aut possessio, aut quomodolibet aliter, vt in creaturis fit, hoc huius dicitur. Deinde dicitur quidé Deus, Deus Abraham, & Isaac, & omnium, sed iustorum quidem, vt mansio, & sors. Hæreditas enim Sanctorum Deus est; creaturarum verò, cæterorumq; simpliciter, vt creator, & Dominus, suorumq; prouidentiã gerens'.

Ex quo liquet, ne in hoc quidem deesse ordinem secundum ea, quæ dicuntur *Ad aliquid*. Animaduertitur is ordo secundum id, quod perficit, & quod perficitur; quodq; regit, & quod regitur. Ideoq; neq; spiritus secũdum personalem proprietatem suam, creaturæ spiritus dicitur: sed secundum quod Deus vnus est cum patre & filio, sanctificãs, atq; inspirans, aut aliter eos, qui digni sunt, meliores efficiens, atq; eos visitans.

Præterea, quoniam productor cùm sit eorum, quæ *Ad aliquid* dicuntur, ad solum q; dicatur spiritum: cõstat & spiritum ex his, quæ *Ad aliquid* dicuntur, esse, atq; ad solum referri productorem. Nam, si quid, secundum quod eiusmodi est, ad aliud aliquid dicitur: constat, quia & illud ad primum, quasi ad aliquid dicitur. Si enim homo, secundum quod Dominus, ad alium aliquem dicitur; & ille, vt seruus ad eum referetur; quod seruus, & dominus ad alterutrum semper relatiua sint: hoc ipsum & in omnibus, quæ quasi *Ad aliquid* se ad inuicem habent. Cuius ergò spiritus, spiritus est, ille productor est; spirituq; ad eum, cuius est spiritus, quasi ad productorem refertur. Spiritus autem filij spiritus dicitur: Filius ergò productor S. spiritus est, & spirans ipsum est. Ideoq; processus illius spiraculo assimilatur,

& á

& à ſpirando denominatus eſt, & ſpiraculum filij appellatus eſt. Ac iuxta S. Epiphanium; ſpiritus ex patre ſpirat, & filio.

Præterea Baſilius in libris contra Eunomium, & Arium: *Spiritus*, inquit, *ad patrem proprietatem intelligo, quia procedit ex patre. Ad filium autem, quoniam audio: ſi quis ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius.* Roman. 8.

Quoniam igitur non magis proprius patris, quàm filij eſt ſpiritus ſanctus; quia eſt eadem ſubſtantia patris, & filij: ſpiritus autem proprietatem ad patrem vir ſanctus intelligit; quia procedit ex patre; neceſſariò & ad filium proprietas eadem ratione intelligenda eſt. Itaque quod dicitur ſpiritus Chriſti, & ſpiritus filij, ex eo ipsũ eſſe commendat; maximè cùm vir ſanctus præmiſerit dicens, ad oſtendendam illius ſubſtantiam, ex Deo eſſe, id ſufficere, quod dicitur; *Spiritus oris illius.* Sed & in capitulis quoq; ad Amphilochium ait: *Neque hinc ſolum naturæ communio oſtenditur: ſed quia etiam ex Deo eſſe dicitur: non quaſi per omnia ex Deo prodiens, ſed quaſi ſpiritus oris illius: hinc quidem inſinuata proprietate; ſubſtantiæ verò modo ineffabili ſeruato. Et ſpiritus autem*, inquit, *filij dicitur, quaſi proprius illi per naturam.* Pſal. 32.

Ex his autem conſtat, quia magnus Baſilius proprietatem in diuinis perſonis dicere vult, velut cauſæ, cauſaliſq; conſortiũ. Quod enim dicit, tale eſt: Cũ audimus ſpiritũ S., ſpiritũ oris Dei, intelligimus ipsũ, naturaliter ex Deo eſſe. Hoc eſt enim proprietas: Modũ verò, quo ex Deo eſt, hoc eſt ꝓcedere ipsũ ignoramus. Etſi n. aliũ quidẽ gigni, aliũ verò ꝓcedere: atq; alium quidem ſine medio exprimo; alium verò per eum, qui ſine medio exprimo eſt, ſubſtantiã habere credim⁹: nihilominus tñ modum

modum ignoramus. Hoc ergò cognito: quia est ex Deo naturaliter, consequenter, quomodo sit quæritur.

II. Itaq; pròprietas hęc principaliter quidem causam, & *causale* significat. Deinde, consequenter, consubstantiale etiã. Atq; huius indiciũ est: primũ quidem, quia consubstantiale nullã indicat discretionem. Proprietas verò differentiam, discretionemq́; commendat. Deinde, quod consubstantialia quidem inuicem, secundum eandem verborum rationem, absq; vlla adiectione cõuertuntur: Pater quippe consubstantialis est filio; & filius consubstantialis est patri. Quod sanè consubstantiale hic etiam discretionem præsupponit, ex nominibus patris, ac filij satis apparentem. Propria verò non simpliciter, sed cum adiectione: Neq; enim dicere possumus, pater proprius filio, & filius proprius patri, sed ita propriè reddemus: Filius quidem proprius est patri filius: Pater autem proprius est filio pater. Illo enim modo indiscretè, & sine relatione ad inuicem reddetur. Sic autem proprietatem filij ad patrem secundum quã ex illo est genitus, patrisq́; ad filium, secundum quam ipsius pater est, reddimus.

Oportebat igitur similiter conuerti proprietatem, sicut consubstantiale: siquidem proprietas consubstãtiale ipsum principaliter significaret. Nunc verò huiusmodi proprietatem consubstantiale sequitur. Sicut & filius, nomen secundum se quidem processum alicuius ex aliquo significat, in eâdem specie, consequenter verò consubstantiale etiam. Quod enim ita processit, necessariò etiam consubstantiale est. Non igitur spiritus sanctus proprius filij secundum naturam diceretur, nisi per ipsum procedens naturaliter, per ipsum etiam

etiam ſubſtantiam haberet. Quod enim ex aliquo, aut per aliquod ſecundum æquiuocum proceſſum prodit, vnaq; ex illo eſſe monſtratur, à quo & proprietas maximè elucet, & conſubſtantiale conſequenter, eiuſdemq; ſpeciei demonſtratur.

Idcirco magn. quoq; Baſil. hinc proprietatem inſinuari dixit, quia ex Deo eſſe dicitur. Quod autem ex Deo eſſe dicitur, cauſam oſtendit, qua præcedente cõſubſtantiale etiam ſecundùm huiuſmodi proprietatem in diuinis perſonis ſequitur. Quoniam igitur ſpiritus S. ſecundùm naturam proprius eſt filio: conſtat, quia ad illum veluti ad cauſam refertur. Vnde etiam conſubſtãtialis illi eſt.

Mag. item Baſilius in expoſitione XXXII. pſalmi ait: *Sicut igitur creator verbum firmauit cælos; ita & ſpiritus, qui ex Deo eſt, qui à patre procedit, hoc eſt, qui ex ore eius, ne quid eum exteriorum eſſe, neq; creaturarum, arbitreris: ſed, vt quod ex Deo habeat ſubſtantiam, glorifices. Omnes enim in eo virtutes ſimul contulit.*

Et poſt pauca: *Hoc quidem in loco ſpiritus oris eius dici, vt intelligatur Saluator, ſanctiſſimuſq; eius ſpiritus. Vbi autem inuenietur? Apoſtolo ſcilicet dicente de filio: Ferens omnia verbo virtutis ſuæ. Virtutem, & verbum filij ſpiritum ſanctum poſuit.* Hebr. 1. 2. Theſ. 2. Acrurſum: *Quem Dominus* IESVS *interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui.* Ex quo etiam conſtat, ſtultum, & irrationabilem fuiſſe quorundam malignitatem; qui ex hoc Apoſtoli dicto IESVS, deleuerunt, ne de filio Dei hoc intelligatur. Ex eo enim, quod illatum eſt, *illuſtratione*, arguuntur. Futura enim apparitio Domini IESV creditur, ſimulq; in vetuſtiſſimis exemplaribus integritas Apoſtolicæ ſententiæ oſten-

ſtenditur. Hoc tamen in loco ſanctus vir os Dei filium eſſe ait; Dixerat enim ſuperius ſpiritum ex Dei ore eſſe, quod idem ſiguificare dixit; qui à patre procedit.

S. autem Athanaſ. Antiochenus Epiſcopus, in eo libro, quem prædiximus; *Verbum*, inquit, *ſine ſpiritu nõ eſt: ſicut neq; ſine verbo mens. Mentem verò eſſe patrem verbi dicimus. Mens, in qua verbum, cum qua ſpiritus, S. ſpiritum oris Dei dicens, os enim patris filius.*

Si igitur, ſpiritus quidem ex ore Dei eſt; hoc autem idem eſt, quod qui à patre procedit: Os autem patris filius eſt: & quod dicitur ex patre procedere, illius ſubſtantiam ſignificat: cur non id quoq;, quod dicitur filij ſpiritus, & ſpiritus oris eius, indifferenter illius ſubſtantiam ſignificet: ſecundum quam ex patre per filium procedit: ac per ipſum: & ab ipſo eſſe habet.

Magnus item Baſilius in IV. contra Eunomium, quaſi ex cõtrario proponens: *Sed dicis*, inquit, *Si Dei quidem imago filius eſt, verbũ autem filij, ſpiritus, cur non filius filij ſpiritus dictus eſt?* In has igitur ineptias ipsũ impellẽte Eunomio: niſi ex filio eſſe ſpiritum ſanctũ crederet, Baſilius facillimè illi obuiaſſet dicens: quomodo eſſet ſpiritus filius filij, qui non quomodolibet ex filio, ſiue per filium procederet: ita enim ſe controuerſiæ huius moleſtia eximeret. Verùm id quidem non dixit: ſed, ſubijciens quod propoſuerat, ſoluit: *Nos autem & de hoc ad nos ipſos, quantum poſſibile eſt, reſpondemus. Nam ad te quidem etiam facere ſatis eſſet, eadem interrogatiuncula tibi quoq; imminente. Dicimus igitur: quoniam dicere filium ex filio, diuinitatis Trinitatem in ſuſpicionem multitudinis adduceret, audentibus hominibus. In promptu enim erat, ſuſpicari quoniam ſi filius ex filio natus eſſet, & ex eo rurſus alium naſci*

naſci, atq; rurſus alium, ac deinceps in multitudinẽ creſcere. Huius ergò rei gratia, ex Deo quidem eſſe ſpiritum Apoſtolus apertè prædicauit dicens: quoniam ſpiritum Dei accepimus: eumq; per filium manaſſe, manifeſtum fecit filius; ſpiritum ipſum appellans ſicut & Dei, & Chriſti mentem nominans, ſicut & Dei ſpiritum. Filij autem filium appellare cautè declinauit.

Itaque magnus Baſilius, filij quidem filium eſſe ſpiritum negat, ex filio autem ſiue per filium prodire aſſeuerat. Quod autem manare naturaliter *procedere* ſignificet; ex eo quidem manifeſtum eſt, quod eo verbo etiam in natiuitate filij Theologi vtuntur. S. enim Cyrillus, in libro, quem ad Valerianum Epiſcopum ſcripſit: *Sanctus*, inquit, *per naturam cùm ſit, quemadmodum & pater, is, qui ex eo manauit vnigenitus filius à patre, ſanctificatus dicitur ſecundum quod apparuit homo.*

Sed & ipſe quoque Baſilius in libro de ſpiritu ſancto: *Spiritus*, inquit, *nihil ſibi quæſitum habet, ſed æternè cuncta habet, vt ſpiritus Dei, atq; ex illo manans: manare*, poſuit pro eo, quod eſt, *eſſe*. Patet autem ex præcedentibus. *Filij enim*, inquit, *ſpiritum ipſum nominauit, quemadmodum & Dei, eodem modo eſſe ſpiritum filij ſpiritum, quo etiàm eſt Dei, & patris.*

Idem rurſus in eiſdem, capitulo, quod inſcribitur, *Cur non & ſpiritus filij filius*; inquit, *Non ideo, quia non ex Deo per filium ſit: ſed, ne Trinitatis exiſtimetur infinita multitudo, filios ex filijs, vt fit in hominibus, habere credita.* Cùm dixiſſet igitur: non ideo, quia non ex Deo per filium ſit, oſtendit, quia ex Deo per filium eſt, duabus negationibus pro vna affirmatione vtens. Quem igitur eſſe per filium dixit; hunc etiam per filium manare indicauit: *eſſe*, ac, *manare in ſubſtantia*, indifferenter ponens.

Nam si, vt quidam putant; manare, manifestationem, qua mundo manifestatus est, signat: quoniam secundum hanc magis filium spiritus manifestat. *Ille enim* inquit, *me clarificabit*. Erit ergò & filius verbum S. spiritus: At id Gregorius Nyssenus negauit dicens: *Filius autem sanctus spiritus neq; est, neq; dicitur; neq; conuertitur habitus ista consequentia.* Nempe autem sitne, vel non sit filius spiritus sanctus: manifestatio nihil potest ostendere: nisi manare, substantiam simpliciter significet, sicut esse etiam: secundum quam scilicet substantiam per filiũ esse à Theologis asseritur.

Ex his verò illud conficitur, & spiritum sanctum non esse filium, quippe emanationis differentia, hoc est, modus differens processus illorum substantiæ, secundum Theologum Gregorium, hunc filium, illum spiritum sanctum appellari fecit. Hic enim ex patre sine medio; ille autem, per filium esse perhibetur.

Liquet autem & hoc, quod magnus Basilius, cum iure suo confutare obiecta valuisset, dicens: *Qui igitur neq; ex filio, neq; per filium substantiam habet, filij Filius existimari, crediq; non posset*: quoniam ea potius sententia sua erat, ex patre per filium, atq; à filio esse spiritum sanctum: ei, vt certissimæ, ac veracissimæ acquieuit; maximè cùm dixerit, ita esse filij spiritum sanctum, sicut & patris. Atqui, patris est, secundum quod ex eo est. Et filij igitur eadem ratione est: quoniam scilicet a illo, esse habet, ac per eum procedit.

Idem præterea Basilius, aduersus Eunomium pugnans, asserentem ex solo filio spiritum sanctum, esse quasi creaturam, sicuti & filium ex solo patre, & ipsum

quasi

quasi creaturam: arguere quidem illum, quod non sit à filio, sicut creatura interim omittit; tertio id reseruans libro: *De hoc*, inquit, *cùm plus otij fuerit dicemus.* Circa finem autem secundi libri contra Eunomium, in illum inuehens: *Illud autem*, inquit, *cui ex omnibus obscurum esse possit, nullam efficientiam filij à patre dirimi: nihilq; esse in omnibus, quod insit filio, quod à patre alienum sit? Omnia enim*, ait, *mea, tua sunt; &, tua, mea sunt. Quomodo igitur spiritus causã soli filio assignat, ipsiusq; naturæ prædicatum; huius accipit creationem? Si quidem ergò duo principia subintroducens sibi inuicẽ contraria, hæc ait; cum Manichæo & Marcione conteretur. Sin verò, ex vno quæ sunt, suspendit omnia, quod dicitur à filio factus esse, ad primam causam relationem habet. Itaque etsi omnia per filium in esse producta credimus, omnium tamen Deum causam esse non tollimus.*

In his vir sanctus Eunomium exagitat, quod interim à patre non dixerit esse spiritum sanctum. Sin verò hunc non à filio esse crederet, Basilius facilius eius obiectioni obuiasset dicens: *quoniam quidem à filio nulla ratione, esse, habet, quomodo secundum te, ex solo filio est?* Cæterum, id quidem non dixit: sed, eum à filio esse, cum pro concesso posuisset, Eunomium arguit, quod à patre illum esse deneget. Ac deinceps, se contra eum armans, ait: *Quomodo ergò, non apertum periculum est, à patre spiritum diuidere, id est, eum non esse à Deo, & patre, contendere: cùm vtrumque nobis Apostolus coniunctè tradat; & nunc quidem, Christi spiritum dicat, nũc autem Dei, ita scribens; Si quis autem spiritum Christi non habet, hic, non est eius.* Ac rursum: *Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est.* Roman. 8.

Vbi notandum, quia Eunomium insimulans, quod non etiam à patre spiritum diceret, sed diuideret à Deo spiritum · ipse, quod coniunctus sit, testimonium ex Apostolo producens, Deo, & Christo coniunctim spiritum commendat, hoc est, ex vtrisq; esse. Nam, si à Deo diuidi, id est, non esse à Deo; coniungi Deo, & Christo, constat, quod ab ipsis esse significat: Eius autem rei indicium est, quod cùm dixisset; spiritum, nunc quidem Christi dici, nunc autem Dei, cùm testimonio firmare vellet, quomodo sit Dei: *Nos autem*, inquit, *non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritũ, qui ex Deo est:* quasi tantundem valeat dicere, spiritum Dei, & spiritum, qui ex Deo est.

Cùm igitur exposuisset testimonium quod coniũctè dicatur spiritus sanctus, & spiritus Dei, & spiritº Christi, Apostolum q; introduxisset testem; etiam ex Euangelio testimonium ad hoc asserendũ assumere voluit: ac deinceps ait: *Cùm autem hunc Dominus spiritum veritatis dicat: ipse quippe est veritas, & qui à patre procedit.* Hîc idem rursus existimat spiritũ veritatis dici, atq; à patre ꝓcedere, pollicitus n., testimonium se dicturum, quod coniunctè spiritus Dei, & Christi diceretur; Christi quidẽ esse, ex eo, quod spiritus veritatis dictus est: ostendit autẽ Dei esse; quia ꝓcedit à patre. quoniã igitur, quod dicitur, spiritus Dei, & spiritus, qui ex Deo est, & qui à patre ꝓcedit, causã significat: quod q; spiritus Christi, & spiritus filij, & spiritus veritatis est, & dicitur, causã similiter ostendit. Hæc n. vt * magister docuit, eandẽ habẽt vim: ideo etiam dixit; spiritum S. à filio esse habere, atq; omninò ex illa pendere causa, id q; rationem pietatis tradere: concordat q; sibi sanctus vir in hoc, atque in alijs pleris q; locis. Ex quibus constat, spiritum sanctũ, relati-

* S. Basil.

Digitized by Google

relatiuè filij ſpiritum dici, & ſpiritum Chriſti, & ſpiritum veritatis.

Nyſſenus quoq; Gregorius ſuper oratione Dominica: *Vnigenitus*, inquit, *Filius à S. ſcriptura nominatur, at q; hactenus illius proprietas traditur. Sanctus autem ſpiritus, ex patre dicitur, at q; ex filio eſſe veris teſtimonijs aſſeritur.* Si quis autem, *ex*, præpoſitionem hoc in loco à quibuſdã adiectã aſſeueret: Primùm quidem in vetuſtiſſimis exemplaribus ita haberi inuenitur, vel ſaltem locus notatur; vnde, quorundam nimis inſipientium hominũ temeritate, particula illa deleta, perſpicitur.

Deinde, nihil ſibi inſolitũ dixit vir iſte: Quod n. alibi ait; *aliud quidẽ continenter ex primo, aliud verò per id, quod eſſet cõtinenter ex primo*, hoc ait & hîc vniuerſaliter: q ppe verũ eſt, q, eſſentialiter per aliquod ꝓcedat, & per ipsũ ſit, ac per ipsũ ꝓceſſus proprij ſubſtantialẽ habeat modũ, id etiã ex ipſo eſſe. Imò, conſona Baſilio dixit; Ille q ppe vt ex p̃dictis conſtat, quod S. ſpiritus filij ſpiritus dicitur, in ſubſtantia illius intellexit. Quod n. ſpiritus filij, & ſpiritus oris eius dicitur, idem eſſe ait, ac ſi diceretur, ex patre procedere. atq; ex eo, q, dicitur ſpiritꝰ filij, huiuſmodi ad eum ꝓprietatẽ deſignari definiuit, qualẽ ad patrẽ ex patre, q, dicitur, ꝓcedere cõmendat: ſufficereq́; ait, q, dicitur ſpiritus filij, & ſpiritus oris eius ad inſinuãdam ſubſtantiã ipſius; neq; minus aliq d ſignificare, cũ filij ſpiritus dicitur, quã cùm eũ ex Deo eſſe illũ audimus. Ille igitur hoc ita expoſuit. Pari autem intelligentia id dictũ & Nyſſenus accepit, quia enim, inquit, Apoſtolus eum filij ſpiritũ, ſicut & Dei nominauit, ſecundũ eundẽ morẽ eſt ſp̃s filij, ſecundũ quem & Dei, & patris. Verùm, Dei, & patris ſpiritus dicitur, quaſi

ex

ex ipso existens. Igitur, & filij spiritum, vt, qui ex ipso sit, & ab ipso esse habeat, accepit. Non ergò noua, neq; insueta voce, & intelligẽtia, beat. iste vsus est: sed ex diuinis literis occasione sumpta, consentanea magno patri Basilio locutus est.

Ioann. 14. Sanctus quoq; Cyrillus super illud Euangelium: *Alium paracletum dabit vobis*, ait: *Alium quidem paracletum spiritum vocat. Vna quippe in vtriq; substantiæ ratio, non extra ipsum ponens; sed alteritatis verbum in eo solo dans; quod spiritus ipse propria substantia esset, atq; subsisteret. Neq; enim filius spiritus est, sed eum verè, propriéq; cùm sit, atque subsistat, hoc, quod est, in fide suscipiemus: spiritus enim est patris, & filij:* Hic notandum, quod ad ostendendum, spiritum sanctum substantialiter esse, atq; subsistere hoc, quod est, hoc est à filio discretum esse, adiunxit: *Spiritus enim est & patris, & filij.* Itaq; cùm dicitur spiritus filij, discretionem quandam oportet intelligere, nõ consubstantialitatem, vt quidem dixeruur: etsi, quàm maximè, vt dictum est, inde consubstantialitas sequitur. Sicuti & à patre quidem discernitur spiritus: quia ipsius est spiritus, vtpote ab ipso prodiens: Ipso autem hoc, quod illius est spiritus, procedit ab illo, consubstantialisq; illi est, & filius à patre distinguitur, secundum quod filius est: ac discretio quædam signatur ex nomine: eo autem ipso, quod filius est, omninò etiam consubstantialis est.

Et quoniam in diuinis personis discretio relationem secundũ causam, causaleq; significat: quod autem dicitur filij spiritus, discretionem indicat; constat, quia cùm dicimus spiritum filij, relationẽ secundum causã, atq; causale signamus. Enimuerò id dicere no possum', referri

referri quidem ſpiritum ſanctum ad patrem, & ad filium, idē eſſe, quod proprietates habere ſpiritum ſanctum, vt ad ipſos differenter referatur: aut ſpiritum differentem quempiam eſſe, ac duplicem; aut filium, nō ſecundùm eſſentiam, vnum eſſe cum patre, quæ identitatem filij ad patrem tollunt, vnumq́; , ac ſimplicem ſpiritus proceſſum, ſecundùm quem ad patrem, & filium refertur, ex patre per filium procedens, vnà auferunt.

Deinde, etſi filius ad patrem, & ad ſpiritum refertur, & pater itidem ad filium & ſpiritum: ſed omninò hæreticum eſt, etiam de ſpiritu ſancto iſtud putare, vt ipſe quoq; , gemina relatione ſcilicet ad patrem, filiūq́; referatur. Spiritus enim ſecundum vnam, ac ſolā perſonalem proprietatem ſuam, ac ſecundum quod ſpiritus, ad patrem refertur, & filium; Pater autem & filius ad inuicem quidem & ipſi perſonalibus proprietatib⁹ referuntur: Ad ſpiritum verò, non his, verùm alia relatione, quàm generationis, ac natiuitatis, *productionis ſcilicet, ſecundum quàm, vnum ſunt pater, & filius: etſi ſuis ad inuicem differentijs diſcreti. Nam, ſecundum quod ille pater, hic filius eſt, ad inuicem ſolū dicuntur. Itaq; illic quidem fas eſt, ſecundum vnum ſcilicet, ac ſolum ipſius perſonalem proceſſum, ſpiritum ſanctum ad patrem, ac filium referri: In patre verò, ad ſpiritum & filium; ac rurſus, in filio ad patrem & ſpiritum ſanctum, omninò impoſſibile eſt: Nempe enim, etſi patris perſona, vna cùm ſit, ac ſimplex, ad filium ac ſpiritum refertur; dicere poſſumus; quoniam pater quidem ad differentes perſonas, ſpiritum ac filium, refertur, ſecundum quod ſunt perſonæ differentes; ideo

*Spirationis.

& refertur differenter: ſpiritus autem ſanctus*, etſi ad perſonas differentes refertur, ſed non ſecundum quod inuicem differentes ſunt, refertur: neq; enim ad patrem, ſecundum quod pater eſt: eſſet enim ſpiritus filius: neq: ad filium, ſecundum quod filius eſt: ad filiũ enim ſic pater refertur ſolus: itaq; quoniam vnum aliquid, ac ſimplex eſt, in patre, ac filio, ad quod refertur ſpiritus; meritò, & vnica relatione ad eos referri dicendus eſt.

* lege Gregor. de Val. Tom. 1. cõment. Theol. diſ. 2. q. 10. p. 5.

Inſuper quoniam idem & vnus ſpiritus ſanctus indifferenter, & ſine aliqua adiectionis varietate, patris, ac filij ſpiritus dicitur: neceſſe eſt, ſecundum eundem modum, etiam amborum ſit: ſin aliâs, filij ad patrem inæqualitas ſequitur: ſimilitudiniſq; incommutabile hinc tollitur. Sicut enim ſapientia, bonitas, iuſtitia, conditioniſque ratio, patri filioque diſtributa, eis itidem, & ſine varietate redduntur; ideoque vna eſſentia, & vna virtus, & vnus Deus eſt: ita, & in ſpiritu ſancto, æqualitatis ratio, neceſſariò habenda eſt. Aliâs quippe, ſicut in illis, cùm non ſimiliter patri redduntur & filio; diminutio, varietaſque eſſentiæ filij ad patrem, ſequitur, vt dictum eſt, ſecundum Arianorum propoſitionem: profectò & in ſancto ſpiritu cum ambobus ſimiliter, ac ſine vlla varietate reddatur, ſi à nobis diſſimiliter, ac variè redditur, idem neceſſariò ſequitur: multoque hîc amplius. quoniam, & de conſubſtantialitate ſpiritus ipſis ſermo eſt.

Id & Magiſtri Eccleſiæ ſenſerunt. Ait quippe Cyrillus beatiſſimus; cùm illud exponeret: *Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis; Dei enim, & patri*

tris naturalium bonorum essentialiter socius, consorsq́, cùm sit eodem modo habet spiritum, quo habere eum pater intelligitur, non inductum, neque extrinsecus inuectum; id quippe sentire, summæ vesaniæ est: sed, sicuti vnusquisq́ nostrum proprium sibi continet spiritum, atq́ ex intimis visceribus ad exteriora profundit: propter hoc ipsum denigz insufflauit corporaliter Christus, ostendens, quoniam sicut ex humano ore procedit corporaliter spiritus, ita, & in diuina substantia, qui ex ipsa est, spiritus deificè, digneq́z profunditur. Iaon. 20.

Idem rursus cùm illud Euangelicum exponeret; *Et Deus erat verbum: non ergò*, inquit, *minor est, qui eandem habet efficientiam, quam perfectus pater, genitorisq́z spiritum habet proprium naturæ bonum viuumq́z, & sibi substantialiter insitum, quemadmodum videlicet & pater.* Ioan. 1.

Hic, si rursus quis duos processus sancti spiritus ponens, vnum * intemporalem ac substantialem; temporalem alterum, nec substantialem, patri quidem ambos assignet; filio verò secundum ac temporalem; secundũ quem & mitti dicitur ab ipso, & dari, & infundi, & si quid aliud huiusmodi de tanta re dici conuenientius potest: Primò quidem * id legem ferentis est; neq; enim id à quoquã sanctorũ dictum est: atq; vnà hoc ipsũ inprimis est, quod minorem patre filium ostendit

III. * ἄχρονον. * Hoc est, nihil probantis, sed tantũ cum autoritate asseuerãtis

Deinde nõ dicitur tantum: quia per ipsum mittitur, & datur: sed, quia etiã procedit, quod profectò substãtialem S. spiritus processum signat: qui etiam æternus atq, ante secula creditur. Sed enim iam supra declaratum est, quæ ineptiæ, quæ indigna huiusmodi homines sequantur. Præterid namq́;, quod filio, ministri ordinem assignãt, etiam accidentia secundũ tempus filio ac spiritui, imperfectionem q́; simul assignare cogentur.

Sed

Sed, ne in has nugas decidamus, dicendum est, secundum mag. Basil.: quia, quod ex Deo procedit, non procedit intempore, etiãsi in tẽpore eius efficacia appareat: Et quia secundum id quidem, quod dicitur, *ex quo*, vnicus processus; secundum verò id, quod dicitur, *in quod*, geminus esse secundum nostrum habitum agnoscitur, & quæq; alia supra dicta sunt. Quanquam nunquam à filio daretur, nisi ab ipso esset. *Aliunde enim*, ait magnus Athanasius, *dari oportebat spiritum, nisi ab eo, cuius est?* Aliâs quippe minister esset filius. Et certè, si priorem illum, substantialemq; processum, secundum quem ab eo procedit, pater apud seipsum quasi non communem filio seruaret, missionisque tantummodo illum communione dignaretur: ex mensura ergò daret pater filio spiritum, & non, vt Baptista dixit, *non ad mensuram.* Ioann. 1.

Præterea si quidem missio patri, filioq; communis sit, processio verò à patre solo non communicante sibi filio, omnia quidem filij patris erunt; non autem omnia patris, & filij. Non ergò verum erit, quod à veritate ipsa dictum est: *Omnia mea, tua sunt; & tua, mea sunt.* Et illud: *Omnia, quæ habet pater, mea sunt,* quod absurdissimũ est, Sanctorum q; sententijs penitus aduersum. Ioan. 17.

Ait enim Cyrillus beatissimus super illud; *Omnia, quæ habet pater, mea sunt. Fructus igitur, & figura expressa paternæ substantiæ filius cùm sit; omnia, quæ ipsius sunt per naturam, sibi vendicat; idcirco ait; omnia, quæ habet pater, mea sunt; ideo dixi vobis, quia, de meo accipiet, & annuntiabit vobis, spiritus scilicet, qui per ipsum, at q; in ipso est.*

Et idem rursus super illud: *Hoc erat in principio apud Deum: Deum, inquit, verum ex Deo patre vero genitum seipsum*

pſum vnigenitus oſtendens ait; Omnia, quæ habet pater, mea ſunt; omniumq́ proprietatum, quæ patri inſunt naturaliter, hæres filius eſt, vt ex ipſo ſecundum naturam exiſtens, etiamſi non intelligatur eſſe pater; omnia autem perfectè in ſe ipſo habens, quæ ſunt paternæ ſubſtantiæ propria atque præcipua.

Idem ſuper illud; *ſicut tu me miſiſti in mundum*: quoniam, inquit, ex patre, & in patre, *ſecundum naturam eſt filius, fructus exiſtens verus ſubſtantiæ ipſius, patris proprium ſpiritum ſibi per naturam vendicat.*

Sed & magnus Baſilius in libr. de Fide, cuius initiũ eſt; DEI *quidem meminiſſe iugiter: Filius quidẽ*, inquit, *vt Filius, naturaliter, quæ patris ſunt, poſſidet: vt autem vnigenitus, omnia habet in ſe ipſo collecta.*

Si ergò, omnia, quæ habet pater bona præcipua, & propria patris, & filius itidem habet: præcipuus autẽ eſt ſpiritus viuens, & ſubſtantialiter inſitus, iſq́; propriè filij naturæ bonum eſſe à Theologis aſſeritur: quãuis etiam præter patrem eſſe ſolum, omnia quæ patris ſunt filium habere itidem aſſeueratur: conſtat profectò quia & filij eſt ſpiritus ſanctus, ſicut & patris: ac ſecundum eundẽ modũ. Aliâs enim ſumma illa cum patre identitate & incommutabilitate, filium excluderemus.

Verùm, etſi eandem ſubſtantiam habet & pater & filius, ſicut in diuina illa, ſimpliciſſimaq́; natura dignè habere intelligitur; eandem tamen pater ita habet, vt à nullo accepiſſe, cùm ſine cauſa ſit, intelligatur: Filius autem eandem ita habet, vt à patre acceperit, vt à cauſa, filijq́; rationem naſcendo ſibi vindicauerit. Similiter autem & de ſpiritu dicendum, quod eandem

cum illis habeat ſubſtantiam, à patre quidem procedens, à filio autem accipiens cauſabiliter, hoc eſt proceſſus ratione: ſiue ex patre per filium ſecundum ſuum ſubſtantialem proceſſum, ſecundum quem ex patre, eſſe per filium aſſeritur.

Dicere autem; ſi omnia patris habet filius;, & filius neceſſariò iam pater eſt: hominum eſt parum conſideratè loquentium, ſaluatoriſque delentium vocem, ac perſonarum ordinem omninò ignorantium. Neq; n. iam eſſet filius, filius; neq; pater, pater; ſed miſta omnia, & confuſa eſſent proprietatibus ſublatis. Cæterum conſtat ſeruatis tantùm proprietatibus, quæ perſonas commendant, reliqua omnia, eſſe communia. Namque hic patris, ac ſui mentionem faciens Dominus, & omnium; *Omnia enim*, inquit, *quæ habet pater mea ſunt*; his, qui Trinitatem, & vnitatem confitentur; dicendo, pater, & filius, intelligendas proprietates dedit, diſcretionemq; perſonarum. *Omnia*, autem dicēdo, cunctæ naturæ bona, quæ pater habet, præterquā eſſe patrem, intelligi voluit.

Vnde magnus quoq; Baſilius in libro de fide: *Omnia quæ pater eſt, filius eſt. Patrem dixi, & filium, has mihi proprietates ſerua. Manens igitur filius, filius, omnia eſt, quæ pater, iuxta ipſius Domini vocem dicentis: Omnia, quæ habet pater, mea ſunt. Re enim vera imaginis ſunt omnia, quæ adſunt primitiuæ formæ.*

Beatus item Cyrillus in ſecundo ad Hermiam ait; *Coæternum patri credimus filium, omniaq; æqualiter habentem, præter ſolum gignere.* Idemq; in libro ſuo, de Trinitate: *In filio*, inquit, *vnigenito, per omnia ſimili patri, & æquali, præter id ſolùm, quod pater non eſt.*

Diuus item Chryſoſtomus in homilia 39. ſuper Ioannem, ſuper illud; *Vt omnes honorent filium, ſicut honorãt & patrem: Num ergò*, inquit, *& patrem ipſum appellabimus? Abſit. Idcircò enim dixit; filium, vt manentem filium, vt patrem honoremus. Qui autem ipſum dicit patrem, nõ iam vt patrem, filiũ honorat, ſed permiſcet, & confundit omnia.* Ac poſt puſillum: *Dedit, autem idcirco dictum, ne ingenitum ipſum ſuſpiceris: neq; duos patres eſſe putes. Omnia enim quæ pater eſt, hæc & filius eſt, genitus, & manens filius.*

Porrò, ſi quis etiã ſpiritũ S, eiuſdem eſſentiæ cum patre, & filio cũ ſit, & ipſum quaſi neceſſariò ſe ꝓducere ſubinferat: audiet, hinc quidem eſſe nihil, quod ipſum ſe ipſum proferat, ipſumq; ſui ipſius cauſa ſit: hinc verò nullam aliam nobis perſonã præter tres, in diuinis traditam, vt illam producat ſpiritus. Itaq; cogetur perſonã aliam, quæ producatur, inuenire: quandoquidẽ, quod producit, & quod producitur, idem eſſe non poteſt; ſimulq; ſermonis tolletur fundamentum. Præſupponitur quippe, iuxta ſacri eloquij poſitionem, ſpiritum ꝓduci, vel procedere: ſolumq;, vnde, quæritur; & ſi pater, & filius vnus ꝓductor eſt: at quod producit, & quod producitur, idem eſſe non poteſt. Sic enim neceſſariò eius, quod dicitur, vnde, cauſa tolletur. hac verò ratione, & quod dicitur ex patre per filium prorſus auferetur. Non ergò eſt putanda inſtantia, quam & ea, de quibus ſermo eſt, & quæ à diſputationibus conceſſa sunt, tollunt.

Quanquam etiamſi alia perſona detur, hoc ipſum & de illa quiſpiã inquiret, atq; ita nuſq; ſiſtetur infinitas. Pari enim ratione, aut in infinitũ ꝓgreditur proceſſuũ numerus; aut, ſi ſtabit vſpiã, cur non hoc magis in ſpũ

tertia

tertia videlicet persona Trinitatis, vt & Trinitatis nobis confessio seruetur; & huiusmodi vanitas omninò arceatur? Nam præter id, quod huiusmodi ratiocinatores vani, nihil concludunt; etiam, quæ nobis de Trinitate sunt tradita, mouentur. Posito enim etiam ex solo patre esse spiritum, eadem & ad illos nihilominus erit instantia, hæsitatioq; manebit. Vt ergò & eis ipsis, & nobis nihil ad disputationem conferens eiusmodi instantia imò etiam proposita destruens abijciatur.

Ex his ergò, quæ diximus, apparet, & ipsum filij nomen, & multum quidem, ad propositum conferre. Neq; enim pater verus, pater esse diceretur; nisi se ipsũ penitus communicaret filio: neq; filius, verus esset filius, nisi patris omnia haberet in se ipso, sed neq; esset incommutabilis imago patris, si illo minor appareret: neq; sigillum vniforme esset, quod in se ostendit patrẽ, iuxta magnum Basilium: *Imaginis quippe sunt omnia, quæcunque insunt primitiuæ formæ*, vt ipse ait, & sicut Gregorius Theologus in sermonibus de filio dixit: *Hæc enim imaginis natura est, imitationem esse primi exemplaris, idemq; esse potius, quàm assimulationem, ne sit in alio similis, in alio dissimilis.* Et adiecit; Hic autẽ eo etiãmagis, quo viuẽs, *viuentis est imago.* Sed neq; Christ. vera prosecutus esset de se ipso dicens: Omnia, quæ patris essent, se habere: Habet autem pater proprium naturæ suæ bonum, spiritum sanctum. Et quoniam vnam, eandemq; naturam filius ex patre genitus etiam cum patre habet, quis audeat hac præditum filium asserere paternorum bonorum alijs gaudere, alijs priuari? Atq; hinc omnium, quod dicitur definitionem tollere, cùm Dominus patris omnia se habere dixerit? Præterea dictum est; *qui*

Ioann. 14.

videt

videt me, videt & patrem. Quod autem dicitur, *videt*, ꝑ eo positũ est, quod est, intelligit, ita exponẽtibus Patrib⁹.

Et hinc itaq; constat, quod qui filium sine spiritu cogitat, etiam patrem spiritu destitutũ intelliget. Quia enim filius patris est definitio & verbum; & sicut definitio ad definitum, siue definibile; sic se habet filius ad patrem iuxta Theologum Gregorium: omninò, qui definiti definitionem nescit; neq; ipsum definibile, ac definitum sciet. Itaq; si quidem pater spiritus sancti causa est, & filius cum eo. Quod si nõ filius, neq; pater quidem. Nam quod in incommutabili imagine non cernitur, id neq; in primitiua forma inspicietur. Et qui filium spiritus sancti causam non inspicit, ne patrem quidem causam huiusmodi videre poterit. Quod enim ait Christus, veluti breuis quædam patris, & filij parilitatis, & æqui honoris definitio est. Quantæ igitur, & quàm periculosæ audaciæ est, cùm tanta sit ambobus incommutabilitatis, identitatisq; ratio, spiritum à filio auferre, contra Domini, patrumq; sententiam, vt hinc etiam imaginis incommutabilitas tollatur, essentiæq; differentia necessariò sequatur, Vnde sanè constat, patrẽ, & filium, vnam esse S. spiritus causam, gignendi, nascẽdiq; proprietate seruata.

Ioannes item Chrysostomus in XXXVIII. super V. Ioannem homilia: Interrogantibus Arianis, quomodo eiusdem esset essentia, qui mitteret, & qui mitteretur, respondit dicens: *Rursus ad humana orationem conuertis, neq; intelligis, ista propter nihil aliud dici, nisi vt & causam sciamus, & in Sabellij morbum non incidamus.* Constat ex his, quoniam *mitti*, vnà quidem diuinarum personarum discretionem commendat: simul etiam causam, & cau-

ſale indicat. Propter nihil enim aliud mitti dictus eſt, niſi vt cauſam ſciamus, & in Sabellij morbum non incidamus. Si autem mittere, & mitti, cauſam, & cauſale ſignificat, à filio autem mittitur ſpiritus ſanctus, liquet ſecundum D. Chryſoſtomum; quia, filius cauſa eſt ſpiritus ſancti: & quoniam à patre & filio mittitur; pater ergò, & filius vnus mittens, vnaque cauſa S. ſpiritus eſt. Itaq; non ſolum per id, quod dicitur procedere; cum ſpiritus ex patre per filium procedere à Theologis aſſeueretur: verùm, per id quoq;, quod mitti per filium ſpiritus dicitur, filius ſpiritus ſancti cauſa ſecundũ ſubſtantialem, & vnicum, & ſimplicem proceſſum, iuxta Eccleſiæ Theologos, fideiq; principia eſſe inuenitur. Et illud vnà apparet, quod non dare ſolummodò, & *audire*, & *accipere*, in diuinis, vt ſupra demonſtratum eſt, cauſam, & cauſale, perſonarumq; diſcretionem, & ab alio eſſe, & cauſam eſſe indicat. Sed & *mittere*, & *mitti*, causã itidem, & cauſale ſignificat, mittiq; ab alio *eſſe* demonſtrat. Ideo, & pater mitti non dicitur; quoniam ex nullo eſt: Filius autem, & ſpiritus ſanctus, quoniam ex cauſa ſunt, ſecundum ſui proceſſus differentiam mitti dicuntur, Filius quidem, à patre ſolo; quia, & ex ſolo eſt: ſpiritus autem ſanctus à patre, & filio: quoniam per ipſum, & ab ipſo eſt. Aliter enim ſi accipiantur iſta, locum in ſancta Trinitate non habent, vbi ſubſtantiæ incommutabilitas, atque identitas eſſe, pro confeſſo habetur.

Liquet autem ex his, quod in filio quidem gigni, *mitti* eſt, in ſpiritu verò procedere eſt. Neq, mitti ſolũ, ſed quælibet verba, proceſſum ſimpliciter ſignificantia. filioq; ac ſpiritui conuenientia: in altero quidem natiui-

natiuitatem, in altero autem proceſſionem commendant, iuxta ſcilicet illorum, proprios, ſubſtantialeſque proceſſus. Hæc enim & ſancti Patres dicunt.

S. deniq; Cyrillus, ſuper illud Euangelicum; *Qui autem accipit illius teſtimonium, ſignauit, quia Deus verax eſt; pater*, inquit, *filium ex propria natura protulit, veluti ex lumine ſplendorem, ſecundum ineffabilem, atq; inenarrabilem diuinæ natiuitatis morem, quod ipſe quoq; nobis oſtendit dicens: Vnigenitus ego ex patre exiui, & venio. Exiuit quippe ex patre in propriam ſubſtantiam filius; & ſi in ipſo ſemper ſecundum naturam eſt, quod q; nobis in illo exiſſe ſignificat, hoc rurſum hîc mitti indicat.*

Idem ſuper illud: *Mea doctrina non eſt mea, ſed eius, qui miſit me. ſciendũ verò*, inquit, *quod per id, q; miſſum ſe iterũ dicit, non ſecundum ſe eſſe à patris dignitate oſtendit, neq; enim ſeruilis illa miſsio intelligenda eſt, & ſi quã maximè ſeruili forma veſtitus, hæc de ſe ſine crimine loquatur. Miſſus eſt autem ita, ſic vt verbũ ex mente; ſicut ſplendor ſolis ex ipſo.*

Idem ſuper illud: *Sciens quia omnia dedit ei pater in manus*: & *certè*, inquit, *non ignorans; quia omniũ habet poteſtatẽ, & quia à Deo exiuit, hoc eſt, ex patris eſſentia natus eſt.*

Idem ſuper illud: *Credidiſtis, quia à Deo exiui: Ex eo*, inquit, *quod ait, exiui à Deo, hîc rurſus putabimus dictũ, vel, quia natus ſum, atq; ex illius ſubſtantia illuxi ſecundum proceſſum, vt eſſem, & intelligerer, fortaſſe proprié, ac ſubſtantialiter, nõ tamẽ penitus diuiſim. Eſt enim in filio pater, rurſum q;, ſecundum naturam, in patre filius. Siue exiui, pro eo, quod eſt, factus ſum homo, veſtram formam, naturã q; ſuſcipiens, Quaſi enim locus cuiuſlibet rei eſt propria natura, à qua exit, cũ ad aliud quodlibet migrat, & quod non erat, efficitur.*

Sanctus item Maximus controuersiam Anomæi seu Ariani cum orthodoxo in morem dialogi conscribens, Anomæum interrogantem facit; quidnam sit *gignere, & nasci, & emittere*, atq; *producere?* Orthodoxumque ita respondentem introducit: *Pater quidem gignit, hoc est, genuit; filius autẽ gignitur, id est, genitus est; at q; ipse pater emittit spiritũ, hoc est emisit; spiritus q; procedit, hoc est, processit*

Consona his, & B. Gregorius Romanus Pontifex in homilia super illud Euangelium; *Cum serò esset die illa vna sabbathorum*, loquitur dicens: *sicut misit me pater, & ego mitto vos: Hoc est, ea vos charitate diligo, cùm inter scandala persecutorum mitto; qua me charitate pater diligit, quem venire ad tolerandas passiones fecit. quamuis mitti etiam, iuxta diuinitatis naturam, aliter possit intelligi. Eo enim ipso à patre filius mitti dicitur, quo à patre generatur. Nam, sanctum quoq; spiritum, qui, cùm sit coæqualis patri, & filio, non tamen incarnatus est, idem se filius mittere perhibet dicens: Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre. Si enim mitti, tantummodo incarnari deberet intelligi, Sanctus procul dubio spiritus nullo modo diceretur mitti, qui nequaquam incarnatus est; sed eius missio, ipsa processio est, qua de patre procedit, & filio. Sicut igitur spiritus mitti dicitur, quia procedit: ita & filius non incongruè mitti dicitur, qui generatur.*

Hom. 26. super Euã.

Quod igitur ex D. Patris Chrysostomi dictis colligitur, hoc etiam Sanctorum cæterorum sententijs colligi datur. Mitti quippe hoc in patre, ac filio significat, quod & nasci, & ex patre esse habere: etsi iuxta filij humanitatem ista intelligi possint. Porrò cùm hoc in spiritu sancto non habeat, ideo quod corpus non assumpserit vt filius, restat, intelligendum de naturali processu S. spiritus ex filio, quod mitti, & exire, & prodire dicitur.

Ex

Ex quibus etiam maximè manifestum est, vt diximus, non duos esse sancti spiritus processus, quod à quibusdam assumitur; hoc enim pluribus arguitur: etsi propter illius temporalem manifestationem, nostrũque profectum, æternum quodest, temporale videatur, vt superius dictum est.

Quod si D. Chrysostomus alio in loco dixit; *Cùm verò mitti audieris, noli de diuinitate dictum accipere: DEVS non mittitur*: dicendum, quòd, quia plurimi hæreticorum, ex eo quod dicitur mitti, gradus diuinitatum introducentes, vnamq́;, & vnitissimam essentiam & deitatem diuidentes; aliam quidem mittere, mitti aliam docebant: ideo, præceptor pietatis, illud quidem denegat, ne deitatum introducatur multitudo, deorũq́; consequentium partim superiorum, partim inferiorũ, iuxta scilicet substantiarum differentias: & ait; quia deitas non mittitur, neq; Deus, quando secundũ Deitatis nomen absolutè dicitur, & sine relatione. Per id verò, quod mittere, & mitti dicitur, personarum substantiam, causamq́; & causale confitetur. Dicitq́; idcirco dici, quia mittitur, vt causam sciamus, & in Sabellij morbum non incidamus, *mitti* sic accipiens, secundũ quod persona, ex persona substantiam habet, ex ea pdiens, cùm vna illis sit essentia.

Itaq; secundum quod diuina persona est, mitti ponitur: quia & mitti in diuinis, vt dictum est, ab alio esse significat. Aliâs quippe, & sibi ipsi, & Saluatoris sententijs aduersaretur apertissimè de se dicentis; missurum se paracletum spiritum veritatis: se ipsum *veritatem* dicens, illum scilicet spiritum, quem mittit pater, & qui à patre procedit. Ex quibus id etiam apparet,

quod qui per donum ſine ſubſtantia, non perſonam, ſecundum quod perſona eſt, mitti à filio ſpiritum ſanctum dicunt, non rectè opinãtur. Qui enim ex patre procedit, paracletus eſt ſpiritus veritatis, *quem mittet*, quidem, inquit, *Pater in nomine meo*, hoc eſt, per me. Miſſurum verò ſe, ipſe quoq; pollicetur, qui diſcipulos doceret, eiſq; ſuggereret omnia. Hunc ergò ſpiritum quis audeat ſine ſubſtantia dicere, niſi blaſphemare velit?

Magnus quoque Baſilius in libro de ſancto ſpiritu:

VI. *Spiritus*, inquit, *ſanctus, nihil ſibi acquiſitum habens eſt, ſed æternè habet omnia, vt Dei ſpiritus, & ex eo manans, cauſamq; ipſum habens, vt fontem ſui.* Vbi notandum; quia Deum cauſam eſſe ſancti ſpiritus ex eo, quod fons eius ſit, monet. Ait enim: *Cauſam ipſum habet, vt fontem ſui.* Liquet autem, quia fontis nomen cauſam ſignificare vult.

Magnus item Athanaſius in ea, quam ſcripſit diſputatione orthodoxi, & Anomœi, ex perſona orthodoxi ait; *Spiritum autem ingenitum dico: non enim habet generationis auctorem, ſed fontem ſui. ſicut enim fons extrinſecus nõ gignit, quam fundit aquam, ſed ex ſe ipſo inundans habet: ita & Deus fons ſpiritus eſt, vt dictum eſt, largitor eius, non illũ extrinſecus ſumens, ſed ex ſe ipſo profundens, ſcriptum quippe eſt:*

Hierem. 2. *Duo n. mala fecit populus meus; me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi lacus contritos, qui non poterunt aquam continere. Et Apoſtolus dicit; qui largitur nobis ſpiritum, & operatur in nobis virtutes.* Quod autem aqua viua ſit ſpiritus,

Ioan. 7. *Chriſtus docuit dicens: qui biberit ex aqua, quam ego dabo, ſicut dicit ſcriptura; flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Et hoc in loco magnus Athanaſius; *Fontem*, patrem dixit; ſpiritum, aquam.

Vbi

Vbi verò enumerat ſcripturæ teſtimonia naturalis communionis, ex eo, quod ſimiliter ſit pater, & filius, & ſpiritus ſanctus: ibi Chriſtum fontem ſpiritus dicit, aquam verò ſanctum ſpiritum nominat: Ait denique: *Dicit Saluator iterum; qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Exponens autem Euangeliſta, quid ſit aqua viua; hoc autem, inquit, dicebat de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Dicit enim Propheta: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi lacus contritos, qui non poterunt aquam continere.*

Idem rurſus in libro de diſpenſatione incarnationis Dñi, cuius initium eſt; *qui malignè diuinas literas volunt intelligere*: *Nouit enim*, inquit, *Propheta, apud Deum patrem eſſe filium fontem ſancti ſpiritus.* Sed & Chryſoſtomus in ſermone de Sacramento baptiſmatis: *Propterea*, inquit, *oſtendit ſe ipſum ſaluator fontem aquæ viuæ, & aquã viuam ſpiritum ſanctum.* In hymnis quoq, pſallimus: *Me me dereliquerunt fontem viuentis aquæ, Barrhabam q; petiuerunt at q; dimiſerunt.* conſtat igitur, quod dictum eſt, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, aliquando perſonæ patris conuenire; aliquando verò etiã filij. Viua autẽ aqua ſpiritus ſanctus vocatur. Fons itaq; ſpiritus ſancti pater, & filius eſt. Ita quippe, & à ſanctis Patribus exponitur. Et quoniam fons quidem ſpiritus pater eſt, vt cauſa ipſius, eſt autem filius ſancti ſpiritus fons; colligitur; quia vna cauſa, vnuſq; fons ſancti ſpiritus eſt pater, & filius. Omnia enim, quæ pater habet, filij ſunt; & quę filij ſunt ad patrem referuntur. Et illud ſimul conſtat, quia, ſicut per naturam vna eſt aqua, & quæ in fonte eſt, & quæ manat ex fonte: ita vnum per naturam ſunt, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus. Sin verò

aqua

aqua ex fonte manat, profunditur, ſcatet; manifeſtũ eſt, quia & ſpiritus ex filio manat, ſcatet, atq; profunditur. Hęc autem ipſum ex illo eſſe ſignificant. quippe, filium ex patre manare, fluere, atq; profundi, ſancti patres dicentes, ſubſtantiam eius ex patre ſignificare volunt.

Ait quippe S. Cyrillus in quodam capitulo, de æternitate filij, cuius initium eſt; *Fons ſapientiæ Deus vocatur, & eſt: Erat ergò patri coæternus filius ex paterna ſubſtantia veluti ex quodam fonte ſcaturiens.* Aiunt nihilominus & ipſi patres ſpiritum ſanctum ex filio quoq; profluere, profundi, manare, atq; procedere. Nam in geſtis primæ in Nicæa ſynodi, in his quæ dixerunt ſancti patres ad philoſophum per Epiſcopũ Leontium, quorum verborum initium eſt: *Et illud autem intelligendum, ô amice, iam veritatis philoſophe*, ſic habetur; *Inuenitur ſpiritus ex patre quidem procedens, proprius autem filij, & ex ipſo profluens.* Si quis autem ex his filium ſpiritus fontem iuxta eum, qui à quibuſdam introducitur, ſecundum proceſſum eius intelligi tantum vult: at eo dato, quæ prædicta ſunt, inepta erunt, & abſurda omnia.

Præterea, & ſi dederimus, geminum proceſſum eſſe, vtrumq; neceſſe eſt filio communem eſſe cum patre, ne varietas eſſentiæ filij ad patrem ſequatur. Quorum n. eſt virtus differens, eſſentia quoq; differens eſt; ſicuti quorũ æqua virt⁹ eſt, æqualis & eſſentia eſt. Quod ſi vnus proceſſus eſt, multò magis quod quærebatur, in manibus eſt. Hoc autem veriſſimum eſt, maximè oſtéſo; hinc quidem, eos, qui duos proceſſus ponunt abſurda plurima ſequi neceſſariò: hinc verò quoniam

mitti

mitti & procedere, & profluere diuinarum perſonarũ * commendat. *distinctionem.

Præterea filius imago patris dicitur, ſpiritus autem filij. Dixit enim Apoſtolus; *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui.* Cyrillus quoq;, ſuper illud Euangelicum; *Sicut tu me miſiſti in mundum*, ait: *quia enim vnigeniti ſubſtantiæ imago integerrima ſpiritus eius eſt, iuxta id, quod Paulus ſcripſit. Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij eius: omnes, in quibuſcunque fuerit, conformes efficit imagini, hoc eſt, filio.* VII. Rom. 8.

Idem ſuper illud: *Non pro his rogo tantum*, ait: *Imago ſyncera patris filius, naturalis verò ſimilitudo filij, ſpiritus eius.* Ioan. 17.

Idem rurſus in theſauris: *Quemadmodum igitur, quoniam imago patris diligentiſſima eſt filius: qui eum ſuſcipit, & patrẽ habet: ita ad parilem figuram analogia recurrente: qui filij imaginem, hoc eſt, ſpiritum ſuſceperit, per ipſum omninò habet filium, patremq;, qui in ipſo eſt.*

Magnus autem Baſilius in 1. contra Eunomium: *Imago*, inquit, *genita, & dicitur filius, & eſt ſapientia, & virtus, & iuſtitia Dei, non quaſi habitus, neq; quaſi aptitudo, ſed viuens ſubſtantia, & efficax, & ſplendor gloriæ Dei. Ideo & toto in ſe ipſo oſtendit patrem, ex tota eius gloria reſplendens.*

Idem in ſermone contra Sabellium, & Anomæum: *Illic autem cum audis imaginem, ſplendorem gloriæ intellige.*

Ioannes quoq; Damaſcenus in Canone in magnũ Baſilium ait: *Imago patris filius, ac filij ſpiritus.* Ad hæc ſanctus quidem Cyrillus in VI. ad Hermiam ait; *Deniq; & ſanctus Dauid viuentem, & ſubſtantialiter inſitam efficientiã ac virtutem patris filium noſcens orabat dicens: Manda Deus virtuti tuæ; confirma hoc* DEVS, *quod operatus es in nobis.*

Paulus item ſapientiſ. Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiã apertè prædicauit. Idem in quodam capitulo 11. Theſaurorum ait: *Apertiſſimè oſtenditur, non alienum eſſe à filio ſpiritũ S., ſed in ipſo, & ex ipſo eſſe, ac veluti efficaciaquedam naturalis omnia implere valens, quacunq; voluerit.* Rurſumq; in alio capitulo 1. Theſaurorum: *Filius*, inquit, *viua, & eſſentialis efficacia eſt, & virtus, & ſapientia patris.* Sed & mag. Athanaſ. in epiſt. ad Serapionẽ: operationem filii ſpr̃m nominat, plurimiſq; in locis Doct. ſancti, naturalẽ, & eſſentialem filij virtutẽ, & operationẽ ſpr̃m S. aſſeuerãt.

VIII. Ad hæc faciem quidem patris filium, filij verò faciẽ ſpiritum ſanctũ aſſerunt. Ait n. D. Cyrillus in v. ad Hermiam: *Quod enim*, inquit, *quaſi facies Dei, & patris filius ſit,*
Pſal. 138. *Pſalmiſta nos facilè docere poterit; aliquando quidem dicens: quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? aliquando rurſus veluti ex perſona eorum, qui crediderant in illum: Signatum*
Pſalm. 4. *eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Signati enim ſumus ſancto ſpiritu ad ſimilitudinem faciei patris, hoc eſt filij.* Idem ſup
Ioann. 6. illud: *Operamini non cibum, qui perit: quoniam*, inquit, *non dubium eſt, quin facies Dei, & patris filius ſit. Eſt ipſe penitus & character, in quo ſignat Deus.* Idem ſuper illud: *Sin autem*
Ioan. 14. *propter opera ipſa credite; ſi enim*, inquit, *impleuit quidem cælos filius, & terræ vltima, hoc eſt, infernum: quomodo non ſtolidiſſimum omninò eſt & præter omnem rationem, ambitus illi applicare nomen? Ne illud quidem venit in mentem quod ſi facies eius, hoc eſt, ſpiritus; facies enim filij vocatur ſpiritus; implet omnia, nulla ratione ipſum ambitu includi poſſe.*

Ad hæc magnus Baſilius in IV. contra Eunomium: genitorem, & primam formam filij patrem appellauit. Magnus verò ille Gregorius mirabilium patrator Neocæſareæ

cæsareæ Episcopus in libro, cuius initium est; *Inimicissimi, alieniq; Apostolicæ confessionis; Pater*, inquit, *Domini principium, æternè illum genuit; & prima forma spiritui Dominus.* Præterea, sermo quidem patris filius, verbum autem filij spiritus in sacra scriptura dicitur. Ita & magnus Basilius exposuit. Ac proprius quidem patris filius, filij autem proprius, spiritus sanctus à Theologis asseritur. S. deniq; Cyrillus in libro ad Monachos, cuius initium est: *Aduenerunt quidem, iuxta quod consuetum est, in Alexandria: sicut enim*, inquit, *proprium est hominis, imò & cuiusq; cæterorum animalium: quod ex eo secundum naturam generatur; ita proprium Dei esse, quod ex illius essentia est, intelligi, & dici debet.*

Mag. item Athanas. in 1. contra Arianos lib. *quian.* inquit, *Verbum naturaliter proprium est substantiæ Dei, ex ipso quoq;, & in ipso est.*

Rursum Cyril. beatiss. illud Euangelicum exponens: *De meo accipiet*, ait de S. spiritu: *Procedens quippe per eum naturaliter, vt proprius ipsius, cum omnibus, quæ habet, perfectè accipere dicitur, quæ eius sunt.* Ioann. 16.

Si igitur omnes fermè SS. Patres, Apostolicum illud: *Conformes imaginis filij eius*, ita exposuerunt, vt, *conformes spiritui* dicerent, qui est imago filij Dei: imago verò ex quo est, significat: non n. filius imago patris diceretur, nisi ex illo esset: *Cum enim audimus imaginem splendorem*, vt ait mag. Basilius, *oportet intelligere.* Splendor verò manifestissimè processum substãtiæ designat: constat; quia & spiritus, cùm imago filij dicatur, idcirco dicitur imago eius: quia ex illo splendoris instar emanat. Vnaque illud apparet, quòd nisi etiam à Filio spiritus esset, nequaquam secundum hoc filius ex Rom. 8.

patre ſplenderet. Ita nec incommutabilis imago eſſet. At immutabilis eſt, perſonali tamen diſcretione ſeruata. Dictus eſt autem ex tota gloria illius illuſtratus. Si ex tota, totus neceſſe eſt totius imago ſit, ac ſecundum hoc minimè variabilis. Et quoniam filius totum in ſe ipſo oſtendit patrum; hoc autem eſt, quoniam totus ex toto eſt. Ait autem ipſe Baſilius ad Amphilochium ſcribens: quia, ſpiritus ſanctus oſtendit in ſe ipſo filiũ, & maieſtatem eius, vnde prodijt; conſtat, quia, & ſpiritus ſanctus totus, ex toto filio eſt. Et quoniam vnum totum eſt pater, & filius; neq; aliud eſt totum, pater; aliud totum, filius: patet, quia ex vno toto patre, & filio ſpiritus ſanctus eſt, ſeruata ſcilic. diſcretione patris, & filij.

Quoniam verò etiam viua virtus, & naturalis, atq;
IX. eſſentialis efficacia patris, eſt filius, atq; hoc omninò, quoniam ex patre eſt: Virtus quippe in potente, atque ex potente eſt, efficientiaq; ex efficiente prodit: conſtat, quia etiam ſpiritus filij naturalis, atq; eſſentialis efficacia, & viua virtus cùm dicatur, ſecundum eundé modum dicitur: ſeruato tamen proceſſu differenti filij, & ſpiritus; quod hic ſcilicet immédiatè, & continenter ex primo; illic, per eum, qui continenter ex primo prodeat. Secundum eandem autem rationem, & facies filij dicitur ſpiritus, & prima forma ſpiritus dominus, ſicut & pater filij cauſæ ratione dictus eſt. Viua enim viuentis imago, & figura ſubſtantiæ eius eſt.

Heb. 1. Et certè, ſi ſine medio eſſet ſpiritus ex patre, id eſt, ex ſolo; nunquam dictus eſſet filius quidem imago patris; Filij autem imago ſpiritus. Et filius quidem operatio

tio, & virtus patris: Filij autem operatio & virtus, ſpiritus. Atq; filius quidem facies patris; Filij verò facies, ſpiritus. Et illud vnâ ex his apparet, ſpiritum patris filium nec eſſe, nec dici; neq; imaginem eius, & quæ alia filij eſſe dicuntur. Proceſſus quippe differens, emanationiſq́; differentia, hunc, filium; illum ſpiritum vocari fecit. Si quis tamen, quæ ſunt huiuſmodi, cõſubſtantialitatem ſignare aſſerat, audiat; conſubſtantialia quidem conuerti: Filius autem ſancti ſpiritus neq; eſt, neq; dicitur, neq; conuertitur habitus iſta conſequentia. Sed ne illud quidem vſquam lectum eſt, quod filius, virtus, & naturalis, eſſentialiſq́; operatio, & imago ſit; neq; verbum eius, & quæ alia filij ſpiritus ſanctus eſſe dicitur. Ex quo ſanè liquet, ꝓpter diuinarũ perſonarũ ad ſe inuicẽ ordinẽ, ſecundum quẽ, ꝓceſſus, & ſcm̃ quem ſpiritus S. procedit ex patre per filium, iſta non poſſe conuerti: quia, neq; ex patre filius, per ſpiritum gignitur. Sicut enim pater filij virtus non dicitur, neq; operatio, nec ſplendor, & ſi quid eſt huiuſmodi: hoc enim eſſet ſubſtantiæ ordinem tollere: eadem ratione, neq; filius iſta eſſe S. ſpiritus dicitur.

Porrò, ſi quis imaginem hominum ad Deum, iuxta proportionis rationem in imagine patris, hoc eſt, filio, & imagine filij, videlicet ſpiritu, velit accipere, nõ magis, quod volet, oſtendet, quàm filium à patris eſſentia alienabit, ſpiritumq́; à filio alienum neq; ſibi naturaliter inſitum blaſphemabit. Fateri enim cogetur, filium ad patrem eandem habere rationem, quam habent ſinguli hominum ad Deum.

Verum ex prædicto ſecundum proceſſus perſonarum ordine, ratio etiam conſubſtantialitatis apparet.

conſtat etenim, quia quod ex aliquo, vel per aliquem, ſecundum æquiuocum proceſſum prodit, eandem inde naturam ſumit. Atqui proprium patris filium eſſe, vt qui ex ſubſtantia illius ſit, ſancti patres aſſeuerant. Magnus enim Athanaſius ait: *Quoniam verbum per naturam proprium eſt eſſentiæ Dei, ex ipſo, atque in ipſo eſt.* Quę autem de hoc dicuntur, plurima cùm ſint propter multitudinem, omittimus, per quæ ex ipſo eſſe, vt proprius ſit eſſentiæ illius, adſtruitur à ſanctis Patribus. Atque hinc dignoſci poteſt: ſpiritum ideo filij proprium dici, quia ex eſſentia ipſius. rurſumq; eum ideo ex eſſentia filij eſſe aſſeuerari: quia, illius ſubſtantię proprium eſſe bonum eſt: Procedere enim per filiũ naturaliter ſpiritum, vt ipſius proprium, beatus Cyrillus dixit: ideoque ab eo accipere dicitur, quod per huiuſmodi proceſſum eſſe ſpiritus ſanctus acceperit.

X. Magnus item Athanaſius, de eodem in primo cõtra Arianos: *Niſi enim*, inquit, *eſſet verbum germen proprium ſubſtantiæ patris, quaſi ſplendor lucis: diſtaret verò natura filius à patre, ſufficeret patrem ſolùm dare.* Hic ꝓprium patris verbum ait, ceu ſplendorem lucis. At ſplendor ex cauſa lucis eſt. Et proprium igitur, ex cauſa eſſe oſtẽdit.

Ioann. 15. S. Cyrillus ſuper illud: *Cum autem venerit paracletus: ſi ergò*, inquit, *officium miniſtri filium implere arbitramini, alienum hoc eſt, ex Deo & patre procedentem ſpiritum, qui per naturam ſanctus eſt, nobis largientem, non ſecundum naturam ſanctus eſt filius, ſed participatione ſicut & nos.* Hîc exponens, quod ait, *alienum*, ex Deo inquit, & patre procedentem; non propterea alienum dicens, quia

quia ex Deo, & patre ſit; ſed quia non ſit ex filio. Si igitur, quemadmodũ proprium eſt hominis, quod ex ipſo ſecundum naturam natum fuerit: ita & proprium Dei eſt, quod ex eius eſſentia eſt: dicitur autem ſpiritus proprius filij, quomodo non ideo proprius dicitur, quoniam ex ipſo eſt? Si n. ex ipſo non eſt, ab ipſo alienus erit, etſi non ſit à patre alienus.

Et illud autem ſimul oſtenditur, quod, niſi eſſet ex filio, miniſtri officio filius fungeretur apud patrẽ. Hæc enim apertè ſupra iam dicta ſunt. Beatus autem Cyrillus manifeſtius & alijs in locis hæc ponit. Nam in expoſitione Ioëlis prophetæ: *Proprius eius*, inquit, *id eſt, filij, & in ipſo, & ex ipſo ſpiritus eſt. quemadmodum ſcilicet etiam ipſi Deo, & patri intelligitur.* Ac rurſus in laudibus Theodoſij Principis: *Baptizantem*, inquit, IESVM *in igne, non alienum immittentem ſpiritum, ſerui ſcilicet, vel miniſtri officio; ſed, vt Deum cum ſumma poteſtate, eum, qui ex ſe erat, ac proprij ſui.*

Rurſus ſuper Ioannis Euangelio: *Naturalium enim*, inquit, *Dei ac patrũ bonorum ſocius, & conſors filius eſſentialiter cùm ſit, ſpiritum habet.* Ac poſt pauca: *Sicut & quiſque noſtrum proprium in ſe ipſo ſpiritum continet, atque ex intimis viſceribus ad exteriora profundit. Idcirco enim etiam corporaliter inſufflauit* eũ IESVS. Idem in quodam capit. 11. Theſauri ſic ait; *Oſtenditur euidenter, non alienum eſſe à filio ſpiritum, ſed in ipſo, at q; ex ipſo eſſe.*

Ac per omnia ſi quis S. Cyrillum obſeruet diligentius, ita eum ſemper inueniet ſpiritum ſanctum proprium eſſe filij dicere, vt qui ex ipſo ſit: & quia idem eſt, ſpiritum ſanctum ſpiritum eſſe filij dicere, & propriũ ipſius eſſe; ſpiritum autem filij relatiuè dici, ſupra mon-

monſtratum eſt: ſed & magnus Baſilius ſufficere ait & hoc, ad eius ſubſtantiam inſinuandam, ſicut & quod ex Deo eſſe dicit; ſpirituſq; ad filiũ proprietatem, ex eo quod ſpiritus filij dicatur, intelligit: ſicut ad patrẽ quoque, quoniam procedit ex patre. Proprietatem enim in diuinis perſonis veluti cauſæ & cauſalis communionem accipi vult: qui & ad Amphilochium ſcribens de S. ſpiritu dixit: non hinc ſolùm naturæ communionẽ demonſtrari: ſed quoniam etiam ex Deo eſſe dicitur, manifeſtum eſt: quia & quod dicitur ſpiritus proprius filij, hæc omnia vult. quia enim in diuinis perſonis, q̃ dicitur hoc huius, propriumq́; hoc huius eſſe, remota materia, omnibuſq́; illam è veſtigio ſequentibus, neq; vt membrum, neq; vt poſſeſſio, neq; ſecundum vllam excellentiam, atq; huiuſmodi proprietatem dicitur: ſolum verò ſecundum cauſam, & cauſale; quo ſolo alterum, ab altero diſtingui, ac diſcerni deprehendimus: conſtat, quia, & quod dicitur proprium filij ſpiritum eſſe, ſecundum hanc ſolam cauſæ rationem accipi poteſt, maximè cùm apertiſſimè Sancti aſſeuerent, filiũ quidem proprium patris, quoniam ex ipſo eſt: ſpíritũ verò proprium filij, vt qui in ipſo, & per ipſum naturaliter prodeat, atq; ex ipſo ſit; quod ſignificat & filij ad patrem, & ſpiritus ad filium conſubſtantalitatem: Neque enim, quoniam conſubſtantialis eſt, ideo etiam ex ipſo eſt, conſubſtantialis quippe ratione, vnum ſunt, nulluſq́; ordo, ſeu habitus, ſeu ꝓceſſus inſpicitur: quia vna eſſentia eſt, vnumq́; illud ſecundum ſe indiuiduũ eſt: ſed quoniam ex ipſo eſt, idcirco etiam conſubſtãtialis eſt: ſequitur enim huiuſmodi cauſæ, cauſaliſq́ue proprietatem conſubſtantialitas: ſicut & filij nomen,

ſecun-

ſecundum ſe quidem proceſſum alicuius ex aliquo principaliter indicat in eadem ſpecie, conſequenter verò conſubſtantialitatem eſſe. Nã, quod ita procedit, neceſſariò etiam conſubſtantiale eſt.

Itaq; id quidem, quod dicitur iſtud ex iſto eſſe, vt cauſa accipitur, porrò quod iſta propter eiuſmodi proceſſum æquiuocum, conſubſtantialia ſunt, vt cauſale eſt: neq; enim cauſam, vt cauſale ponere oportet, quod quidam irrationabiliter faciunt; dicentes propter conſubſtantialitatem dici filium proprium patris, & ſpiritũ proprium filij; & filium quidem imaginem, viuamq; virtutem, & ſubſtantialiter inſitam operationem patris; ſpiritum verò, imaginem filij, & virtutem, & naturalem operationem, & ſubſtantialiter inſitã ipſius: Hæc enim omnia cauſam & cauſale ſignare, à ſanctis Patribus oſtenſum eſt: proprium quippe dicunt, quoniam ex ipſo eſt, & alia, quæ ſupra poſuimus.

Atteſtatur his magnus Baſilius in ſermone contra Sabellium, & Anomæum dicens: *Patrem confitemur, & filium; naturæ autem identitatem, quoniam ex patre filius eſt.* Et rurſus in eodem: *vt imago quidem, varietatem non habet; vt genitus autem, conſubſtantialitatem ſeruat.* S. autem Cyrillus, ſuper illud: *cùm venerit paracletus: ita q. cum dicceret*, inquit, *non ſpiritum huius ſeculi accepimus, ſed ſpiritũ, qui ex Deo eſt, oſtendit, non mundani generis, ſed diuinæ eſſentiæ eſſe ſpiritum ſanctum.* Idem ſuper illud: *quia deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam*, ait: *quod enim ex patre natus eſſe filius dicitur, prorſus etiam inuitos coget illi conſubſtantialem eum fateri.* Et rurſus in 3. ad Hermiam: *quoniam ex ipſa Dei, & patris eſſentia ortus eſt filius, non aliter quã ille eſſe intelligatur, quantum ad identitatem naturalem.* Ioan. 15.

Zachar. 4. S. verò Maximus, cum exponeret, quid ſibi velit apud prophetam Zachariam, *aureum candelabrum*, & ſuper eum lampas, ait: Spiritus ſanctus, *quemadmodum naturaliter ſecundum eſſentiam Dei, & patris eſt, ita & filij ſecundum eſſentiam eſt*, quaſi ex patre eſſentialiter per filium genitum ineffabiliter prodiens.

XI. Conſtat igitur ex his filiũ patri conſubſtantialẽ eſſe, quoniã ex ipſo eſt; rurſumq; ſcm̃ eandem rationem ſpiritum filio conſubſtantialem eſſe, quia, per ipſum procedit, & in ipſo atq; ex ipſo eſt. Iſta quippe à Sanctis Eccleſiæ magiſtris, ita traduntur. Si quis autem ideo propriũ filij ſpiritum dicit; quia per ipſum his, qui digni ſunt, datur: is non ſatis animaduertit dari quod dicitur, tẽporale eſſe: Proprium autem eſſe filij ſpiritum æternũ. Nunquam enim profectò quod temporale eſt, eius cauſa eſſe poſſet, quod ſupra tempus eſt. Nam, ſi homini proprium ipſius, in quantum viuit, ſemper cum eo eſt, multò id magis in Dei verbo erit; atq; vnà miniſter eſſet, quod non per ipſum, & ex ipſo naturaliter procederet dans. Quanquam, ſi ſecundum aliquam conſubſtantialitatis rationem, qualis de duobus aliquibus conſubſtantialibus eſt, in quibus alterum per alterum non eſt, eſſet ſpiritus proprius filij, atque ex ſubſtantia filij: eſſet vtique & filius ſancti ſpiritus proprius, & ex ſubſtantia ſpiritus, propter conuerſionem huiuſmodi conſubſtantialis. At iſtud, neque dictum eſt ab aliquo Sanctorum, neq; vnquam dicetur ab his, qui piè, & catholicè de Deo ſuo ſentiunt.

Quanquam huiuſmodi conſubſtantialitas non propriè conſubſtantialitas eſt; ſed ea, quæ connectit alterum

rum alteri, vtpote per ipsum ex ipso naturaliter, atque essentialiter existens. Attestaturq; huic assertioni Basilius, cùm dicit, non quæ germana inuicem sint, consubstantialia dici. Ait enim in Epistola ad Canonicas: *Quoniam igitur lux à principio pater est: lux autem genita, filius. Lux verò, & lux vtraque est, meritò hanc consubstantialem dixerint, vt naturæ æquum honorem commendarent. Non enim quæ germana sunt, consubstantialia dicuntur, vt quidam arbitrati sunt; sed cùm & causa, & quod ex causa substantiam habet, eiusdem naturæ sunt, consubstantialia dicuntur.*

Idem in sermone contra Sabellium, & Anomæos de patre, & filio differens, ait; *Cum autem vnam essentiam dico, noli duo ex vno diuisa intelligere, sed ex patre principio filium subsistere. Non patrem, & filium ex aliqua superiori essentia. Non enim germana dicimus; sed patrem confitemur, & filium; essentiæ verò identitatem, quoniam ex patre filius est.*

Hoc igitur in loco hæreticis quibusdam contra consubstantiale patris, & filij nitentibus, & calumniam inde struentibus; vt, si quidem consubstantialis sit pater filio, eiusdemque essentiæ, ambo, pro patre, & filio, duo inducantur fratres ex vna essentia: atque ad has absurditates deuolutis, magnus Basilius concedit quidem interim, quæ germana sint, inuicem consubstantialia dici: sed tum profectò, cùm & causa, & quod ex causa substantiam habet, eiusdem naturæ fuerint. Et addit: *Non enim germana dicimus, sed patrem cõfitemur, & filium. quoniam ingenitum quidem lumen pater est,*

genitum verò lumen filius: quasi & in his, quæ simpliciter consubstantialia cũ sint, & ex vno substantiam habeant, sit quidé ꝓprietas: sicuti & multitudo hominũ sibi inuicé consubstantiales sunt, cũ ex vno patre Adam generationem habeant, non tamen tanta est eis proprietas sicuti cũ eorum, quæ eiusdé naturæ sunt, aliud est causa, aliud causale, tunc n. ꝓpriè consubstantialia dicuntur.

Sicut igitur filius ex patre esse habens consubstantialis illi est: atq; ista inuicé consubstantialia sunt: esse enim ex spiritu filium, ꝓcessus ille, secundum quẽ ex patre per filium procedit spiritus, minimè permittit: ita n. cauebimus & duos filios in S. Trinitate confiteri, & consubstantialitatem maximè reddimus. Et illud simul ostenditur, quod nisi sit ex filio spiritus, germana sibi inuicé erunt filius, & spiritus. Dicens enim, noli duo ex vno diuisa intelligere, non enim *germana* dicimus, docuit: quoniam si qua essent, ex eodé solummodò, scñm quod ex eodem essent, germani meritò, fratresq; dicerentur. Itaq; cogentur, qui & filiũ, & spiritũ, ex solo, & immediatè ex patre ambos dicunt, duos in Trinitate fratres confiteri, duoq; ex vno diuisa intelligere: vt neq; summa consubstantialitatis ratio reddatur, atq; vnà ordo ille personalis ad inuicé omninò auferatur: simulq; Trinitas non erit Deus. Sed ista sunt absurdissima. Et illud itaq, absurdum, quod ista necessariò sequitur.

Neq; verò absurda tantum sunt, sed etiam impossibilia, stantibus initijs fidei, doctorumq; sententijs prorsus obsistentibus. Addens autem sanctus vir essentiæ identitatem: quoniam ex patre filius sit, ostendit, consubstantialitatem patri, & filio adesse; propterea quod esset filius ex patre. Vnde constat in diuinis personis con-

Digitized by Google

ſubſtantiale in cauſa, & cauſali conſpici: non autem è contra, etiamſi coniungantur inuicem, ſicuti antè cauſale cauſa cogitatur. Non ergò filius, & ſpiritus ſibi inuicem eſſent conſubſtantialia, niſi alterum eſſet exaltero; maximè, quia etiam ſecundum conſubſtantiale vnum cùm ſint, nulla diſcretio inſpiciatur, niſi præcedat relatio, quæ ſecundum cauſam eſt.

Ex his autem quæ ſcripta ſunt, conſtat, & eos, qui de ſcriptis Theodoriti contra beatiſ. Cyrillum opinionem ſuam adſtruere nituntur, SS. Patrum intẽtionem, intelligentiamq; non aſſequi. Ille enim de S. Cyrillo dixit. *Quod ſi dicat ſpiritum eſſe proprium filij, quaſi ex filio, vel per filium ſubſtantiã habentem, quaſi blaſphemum, & impiũ abijciemus.* Dixit autem Cyrillus, vt ex ſuperioribus patet, proprium filij ſpiritum, & in ipſo, & ex ipſo eſſe, quemadmodum & in ipſo Deo, & in patre eſſe intelligitur; & ſicut proprium ipſius, per eum procedere naturaliter dixit. Ideo, & quæ eius ſunt, accipere dicitur, neq; ſeruiliter alienum immittere ſpiritum, ſed eum, qui ex eo, propriuſq; eius eſt.

Et alio in loco, profluentem ex Deo patre per filiũ naturaliter ſpiritum ſanctum veluti in figura reſpirationis oris noſtri, propriam nobis indicare ſubſtantiã docuit. Hæc autem apertè contraria ſunt: neq; erubeſcũt Theodoritum * hæreticum hominem, atq; in dogmatibus S. Cyrillo aduerſarium in cauſæ ſuæ patrocinium contra ſanctum virum teſtem proferre. Quod enim hæreticus homo ille fuerit, atq; Eccleſiæ ſeptis repulſus, publica geſta teſtantur. Sancta enim V. vniuerſalis ſynodus in XIII. capitulo ita definiuit; *Si quis impij Theodoriti ſcriptis fauerit, quæ contra fidem rectam, & Cyrillum, duo-*

* Fuit Neſtorian. ſed poſteà ad Catholicã redijt. relicto Neſtorio.

* Mopsuestenus.

duodecimq; illius capitula, quibus ipse eadem, quæ Theodorus, ac Nestorius prædicti sensisse, deprehenditur, eos, illorũq; impietatem fouens; neq; prædicta impia scripta anathematizauerit, atq; vnà eos, qui talia senserunt, & sentiunt, & omnes, qui scripserunt contra rectam fidem, Cyrillumq; beatissimum, contraq; eius duodecim capitula, & in tali impietate mortui sunt, anathema sit.*

Sancta verò & vniuersalis VI. synodus in IX. capitulo gestorum suorum ita definiuit: *Si quis non anathematizat Theodoriti contra rectam fidem, & S. Cyrillum scripta, & Epistolam quæ dicitur Iba, & Theodorum Mopsuestenum Episcopum, & scripta eius: & si quis non suscipit opuscula ipsius S. Cyrilli, & maximè contra Theodorum, & Theodoritum, & Andream, & Nestorium, eosq;, qui illis, vel vni eorum similia senserunt, aut sentiunt, anathema sit.*

Eadem ferè & quarta, & septima vniuersalis synodus continent. Et mirum sanè, quod huiusmodi patrocinium isti ex eis potissimum duodecim Theodoriti capitulis conscisc̃unt, quæ apertè, & nominatè à Sanctis synodis anathemati subiecta sunt. Quæ enim D. Cyrillus contra Nestorium duodecim capitulis conscripsit, eis Theodoritus totidem capitulis contradicere præsumpsit. Atq; in nono proprium filij spiritũ Cyrillo asserente, ille in nono suo dictum illud euomit. Imò, vt apertius viri sancti innotescat intentio, ipsa eius verba apponamus.

EX XII. CAPITVLIS CONTRA hæreticum Neſtorium à S. Cyrillo ſcriptis capitulum nonum.

SI quis, inquit, *vnum Dominum* IESVM *Chriſtum à S. ſpiritu clarificatum eſſe virtute ſua ipſius, quaſi aliena vtentem, atq; ab ipſo accepiſſe, vt contra immundos ſpiritus poſſet operari, diuinaq; in hominibus ſigna perficere; ac non magis propriũ ipſius ſpiritum dicit; per quem diuina mortalibus ſigna monſtrauerit, anathema ſit.*

DECLARATIO EIVSDEM CAPITVLI IN EPHESO HABITA, AB EODEM B. CYRILLO, CVM EVM SACRA ſynodus oraſſet, vt eis apertius exponeret, quid ſibi iſta vellent.

HOMO inquit, *factus Dei vnigenitus filius, ſic etiam permanſit* DEVS, *omnia exiſtens quæ & pater, præter ſolum, patrem eſſe, propriumq; habens ex ſe ipſo prodeuntem, atque eſſentialiter ſibi ingenitum ſpiritum ſanctum, diuina patrabat ſigna. Itaq; & homo factus, ſic quoq; permanſit Deus.* Propria igitur virtute per ſpiritum *faciebat mirabilia. Qui autem dicunt, eum quaſi vnum ex nobis hominem ſanctum efficientia ſpiritus, non vt propria magis, ſed vt aliena, nec diuina vtentem, & veluti*

velut i in parte gratiæ à spiritu accipientem, ascensum ad cœlos, anathematis meritò sententiæ subdentur. Sed enim ipsius quoq: Theodoriti dictum illud arguens ait: *Quoniam verò Nestorius aliena virtute vsum esse Christum, sicut etiam Sanctorum singuli, dicebat, idcircò proprium filij dixi. Erat enim, & est ipsius spiritus, quemadmodum scilicet & patris. At hoc nobis insinuat Paulus Apostolus dicens; qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem, non estis in carne, sed in spiritu: siquidem spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Procedit enim ex Deo, & patre spiritus sanctus, iuxta Saluatoris vocem. Est autem neque alienus à filio: Omnia enim ille cum patre habet.*

Roman. 8.

Ex his igitur sancti viri mens diligenter intuenda est; vtque ille intellexit proprium esse filij spiritum sanctum: quis enim commodior, & aptior verborum suorum interpres esse posſit, quàm ille ipse, qui scripsit? Proprium enim, vt propriam filij virtutem, dixit spiritum sanctum, eumque per ipsam operatum: atque ideo essentialiter ipsi innatum fuisse, atque ex eo esse, omniaque habere filium, quæ habet pater, præter solùm, patrem esse. Sed & rationem reddens dicti sui, cum diceret, spiritum sanctum filij esse, sicut & Patris. neq; enim esse ab eo alienum; quia scilicet patris omnia cum patre haberet: quippe naturalium Dei, & patris bonorum hæres filius cùm sit, habet & spiritum, quemadmodum & in ipso Deo, & patre intelligitur, præter solùm patrem esse, vt alio in loco ait, ostendit se magis asseuerare, quæ in nouo capitulo dixerat, quã abnegare; neque Theodoriti opinionem omninò suscipere, vt maximè perniciosam.

Est

Mit solchen worten redet jhn an Daedalus/ Daedalus
Jetzt wil ich mich verwandlen in neue gestalt/ Jetzt
wil ich mich verwandlen

In Concilio Calcedonensi. cum postmodúm *ab Ecclesia susceptum esse, pœnitentē dicat; nihil adrē. Illa enim, vnde Theodoriti dicta proferuntur, ab vniuersalib⁹ synodis damnata sunt.

Liquet autem & id, quod opinari neq; ex filio, neq; per filium spiritum S. habere substantiam, opinio Nestorij est; cui Theodoritus consors fuit, vt res ipsæ testantur. Et ipse autem Nestorius in symbolo fidei suæ ita pronunciauit. Quod si huius causa apertè nō insimulatur, non id tuuc erat synodo propositum, neq; inde plurimi scandalum patiebantur, cùm à plurimis ne agnosceretur quidem; neq; idcircò synodus collecta esset. Etsi enim erat peccatum, ac mendacium deterius, & maius, circa diuinitatem, quàm circa humanitatis dispensationem blasphemiæ frena laxare; ratio tamen incarnationis tūc magis vrgebat. Periclitabatur enim tūc fides, cùm neq; verbum suscepisse carnem, neq; Deum hominem factum fuisse plurimi assererent; sacramentumq́; dispensationis, in quo Christianorum salus est, nomen potius, quàm res esse videretur. neq; sanè opportunum erat, omisso, propter quod conuenerant, & propter quod periclitabatur ecclesia; de his, quæ nihil vrgebant, verba mouere; cum principalis quæstio multo tempore, multisq́; sermonibus, vt enodari posset, indigeret: ne si ab instituto, re infecta, resiliissent, confundere omnia, ac miscere viderentur: dumq́;, quod erat in manibus, corrigere deberent, neq; hoc dignè facerent, neq; illud, quod intempestiue molirentur. Necessarijs itaq; omissis ceteris, hoc vnum, quod vrgebat, curare perstiterunt.

Nam & sapientiores quiq; medici cum infirmum gemino morbo laborare animaduerterint, aduersus eum

eum, qui perturbat magis, & sectione indiget, etsi in suo genere minor esse videatur, prius armantur. Et, iudices sæpe numero, reum aliquem nacti plurimis criminibus obnoxium, illud vnum, in quo deprehensus fuerit, omissis interim cæteris, illi maximè obiiciunt.

Neq; sanè mirandum, si ea Nestorij opinio à S.S. Patribus tunc vel existimata, vel confutata non fuerit cùm ante illum & Arius, & omnes, qui filium blasphemabant, in spiritum sanctum quoq; deterius blasphemi fuerint. Quippe & assumptam à Christo cum carne animam ante verbi incarnationem præextitisse, cœlitusq; illam aduenisse, Arius asseuerabat. Animarum etenim præexistentias & ipse credebat; nec tamen hoc illi crimen obiectum est, solumq́; quod filium creaturam diceret, ab Ecclesia fugatus, & eiectus est, ceteræq́; blasphemię illius in memoria non sunt, neq; publicè de illo dicitur, quod spiritum sanctum blasphemauerit, cùm certè & sancti spiritus hostis nihilominus fuerit.

Quod si quis opinetur, debuisse tunc synodum etiam huiusmodi blasphemias saltem redarguere: reprehensum tunc generaliter audiet, cũ dicerent; Nemini fidem alteram proferre, aut conscribere, seu componere liceat, præter eam, quam S. Patres tradiderunt, ita de illa statuentes sentiendum, sicuti symbolum continet, secundum videlicet B. Cyrilli expositionem, & secundum epistolas, quas idem vir ad Nestorium scripsit: in quibus apertè confitetur spiritum S. ex filio, atq; per filium habere substantiam. Sin verò sanctorum opinio est, per filium, spiritum sanctum naturaliter, atq; essentialiter, & æternè procedere: procedere autem, quod dicitur per processum, significat habere substantiam, sicut & nasci per natiuitatem: B. item Cyrillus per om-

nem fermè ſcriptorum ſuorum textum, naturaliter per filium procedere, vt proprium ipſius ſpiritum, propriamq; virtutem ſuam, atq; ex ipſo eſſe, diuinis rationibus aſſerit, & quæq; alia prædicta ſunt: quomodo non illum hominem arguit ſynodus, qui ſpiritum per filium ſubſtantiam habere negabat; & ſi de huiuſmodi opinione, propterea, quę diximus, latius nihil dixerunt?

Quàm igitur abſurdum eſt, per huiuſmodi ſilentium putare ſanctam ſynodum hæretici hominis blaſphemiis acquieuiſſe; quod ſcilicet ſpiritus non per filium ſubſtantiam haberet, cùm id manifeſtè contrarium ſit, & ſanctorum patrum præcedentium, & B. Cyrilli ſcriptis, quę ſynodus ſecuta eſt, & ſequenda ceteris ſtatuit. Hoc enim eſt Eccleſiæ ſanctæ calumniam ſtruere.

Præterea, ſtolidiſſimum omnino eſt, his, quæ S.S. Patres innumeris in locis conſcripſerunt, non acquieſcere; ſed, eis neglectis, ea illos dixiſſe coniicere, quæ nunquam dixerunt: atq; ex his, quę illi tacuerunt, velle argumenta trahere, quaſi diſputatione ſublata, ſolum ſilentium, quę in quæſtione ſunt, explanare ſufficiat, cùm certè ſcriptura dicat: *Ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis cõdemnaberis*; atq; ita facilè de rebus arduis velle cõcludere. Atqui, ſecundum eam facilitatem; ne perniciosam leuitatẽ dixerim; ſpiritum S. DEVM verum, de DEO vero appellabimus, neq; patri, & filio conſubſtantialem confitebimur, quoniam in ſymbolo fidei, non vt de filio, ita & de ſpiritu ſancto id notatum eſt: hic nempe ex his, quæ ſilentio ſuppreſſa ſunt, volentib⁹ malignari aperitur aditus. Quæ verò de ſpiritu in ſymbolo conſcripta ſunt, patri, filioq; cõmunia inueniũtur.

Matth. 12.

Quod ſi ſancti Patres, ea, quorum gratia conuene-

rant,

rant, nõ enuntiauerũt, in ſecũda ſcilicet ſynodo, cordati licet, atq; ſapientiſſimi: quid mirum, ſi id omiſerunt propter quod minimè conuenerant, cùm vix paucis tunc eſſet cognitum? ac propterea, neq; Eccleſiaſtica cauſa infirmior eſſet, neq; id vllus argueret. Quanquam dici poſſet, ſanctam ſynodum alio intentam, ad calumniam huiuſmodi fortaſſe non ſatis inſtructam, ac paratam aduenisſe: ſiue etiam putaſſe; eliminato de incarnatione Domini, qui emerſerat errore, & hunc etiam unà proiiciendum.

Hanc autem opinionem fuiſſe Neſtorij, ex veteribus liquet, quibus cura fuit iſta literis tradere. Nam ex fidei ſuæ ſymbolo vix conſtet, ſi quis pietate contentus, quæ ille dixit, piè velit accipere. Ait enim; *ſpiritum S. ex Deo eſſe putamus, non creationis cauſa, ſed ex diuina eſſentia; & neq; filium putamus, neq; per filium accepiſſe ſubſtantiã.* Dicens ergò *ex Dei eſſentia eſſe, & neq; filium putamus*, intelligi dat, quia ſpiritum hunc & ex Deo eſſe, & ex illius eſſentia credit. quod autem non creationis cauſa, dicit; & addit; *neq; per filium ſubſtantiam cepiſſe*; rurſus intelligendum dedit; quia, non ſicut ſunt creaturæ ex Deo per filium, ita & ſpiritus ſanctus ex Deo per filium ſubſtantiam habet; hoc autem verum eſt. Et ſimul id conſtat; quia, de eo, quod non ſit ex filio ſpiritus, nihil hîc dixit: ſed enim quomodo non filius eſſe putaretur, niſi per filium haberet ſubſtantiam, hoc eſt, per filium procederet. Itaq;, ſiquidem hîc æternam per filium ſubſtantiam, proceſſionemq; denegat, quomodo non S. S. Patribus apertè refragatur? Nonne iam neceſſariò cogetur filium confiteri, etiam ſpiritum ſanctum ipſum

ſine medio ex patre eſſe credens, ſecundum ſcilicet prædictas aſſertiones Patrum?

Cùm igitur ſimpliciter, ac pia intelligentia poſſit accipi, quod dictum eſt: & ſi nos, non ea mente dictum fateamur; atq; hæc opinio nec dum publica, nec vulgata eſſet, ac propterea nihil ex eo religio Chriſtiana læderetur, nemoq; ferè inſimularet, verbaq; ipſa ſubtilius diſquireret; rebus præterea maximè neceſſarijs vrgentibus; ne ſcilicet incarnationis ſacramentum verba ſimpliciter, ac prædicatio inanis videretur: ambagibus omiſſis ad id, propter quod conuenerant, ſe contulerunt. Liquet autem, quia qui ſpiritum non etiam eſſe dicit ex filio, Chriſtum non quaſi propria virtute, ſed velut aliena vſum confitebitur. Porrò id anathemate mulctatum eſt.

Siue igitur, quoniam imago patris filius eſt incommutabilis, omniaq; patris habet, præter id ſolùm, quod pater non eſt; ſiue, quia Chriſtus propria virtute, non aliena ſpiritu ſancto vtitur, vt & id credatur, quod dicitur; *Verbum caro factum eſt*, neceſſe eſt etiam ex filio eſſe, ſpiritum ſanctum confiteri. Hoc enim idcirco Neſtorius negabat, vt contra diſpenſationem incarnationis ſe apertius exereret. Scriptum eſt item in Euangelio; *ſciens autem Ieſus exiſſe ex ſe virtutem:* Ac rurſum in eôdem; *quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes:* Lauguor quoq; dæmoniacorum ex his vnus erat, quos ſanabat Ieſus. Ait enim ipſe: *ſi autem in ſpiritu Dei eiicio Dæmonia.* Patet igitur, quia manans ex eo virtus, ſanctus ſpiritus erat.

Ioan. 1.

Hoc autem inde etiam conſtat, quod Dei quidem eſt, omnia amare, virtus autem illa ſanabat omnia.

Neceſſe

Neceſſe eſt ergo Deum eſſe ſpiritum ſanctum, quem etiam S. Cyrillus dicit eſſe proprium filij; vt virtutem eius, naturaliter per eum procedentem, atq; ideo, ne alienam quidem eſſe.

Inuentum eſt ergò in Euangelio, ſpiritum ex fi- XIII.
lio procedere, quod iſti tot quæſtionibus ventilant, Præterea, quod dicitur per filium procedere, omni nos huiuſmodi curioſa inquiſitione coërcet. *Per* enim, & *ex*, tantundem valere, Doctorum auctoritas docuit, veritatisq; ratio ſeſe vndiq; aperit. Verum enimuerò, quæ à S. S. Patribus lucidius quoq; de hac re ſcripta ſunt, iuuat apponere. S. enim Cyrillus quoddam capitulum II Theſaurorum libri, ita inſcribit: *quod ex Patris, filijq; ſubſtantia ſanctus ſpiritus eſt.* Quod ſi hoc vir ſanctus propoſuerat, quis ambigat, propoſitum voluiſſe conficere? In ipſo igitur ita inſcripto capitulo ait: *quoniam igitur ſpiritus ſanctus cùm in nobis fuerit, conformes nos oſtendit Deo; Procedit autem ex patre, & filio, conſtat, quia diuinæ ſubſtantiæ eſt, eſſentialiter in ipſa, & ex ipſa prodiens.* Rurſus in eodem: *proprius eſt autem omnino ſpiritus filij, neq; extrinſecus ſubſiſtens.*

In alio iterum: *Legem itaq; ferente Chriſto, ſpiritus ipſius vt in ipſo, atq; ex ipſo, naturaliter exiſtens legem fert.* Ac Rom. 11.
rurſus in alio: *Nullam igitur nouit Paulus naturæ filij, ſpiritusq; differentiam; ſed, vt ex ipſo, & in ipſo exiſtentem naturaliter, dominationis nomine appellat.* Et iterum in alio; *Neceſſe eſt, fateri ſpiritum ex ipſius eſſentia filij eſſe ſubſtantiam.* Et in alio iterum; *Eſt igitur ex filij eſſentia ſpiritus.*

Item ſuper Ioan. ſuper illud; *Et* DEVS *erat verbum. Non ergò*, inquit, *minor eſt, qui eandem cum perfecto* Ioan. 1.

patre

Quis tibi commentus, quis fuit ille dies,
Quo tibi tam longi fregerunt fata capilli?
Cum tua non possit fronti crescere silua,
Cum tua non possit fronti crescere silua,
Et tua sit nudis cultior area genis,
Et tua sit nudis cultior area genis,
Quis te sic voluit? quis non putat esse nefandum
Quis te sic voluit? quis non putat esse nefandum
Tam bene posse coli, tam male posse capi?
Tam bene posse coli, tam male posse capi?
Quis tibi commentus, quis fuit ille dies,
Quo tibi tam longi fregerunt fata capilli?

Iste quidem, si non mentiris, Gellia, mentis
Iste quidem, si non mentiris, Gellia, mentis
Damnum passus erat, cum tibi crine perit.
Damnum passus erat, cum tibi crine perit.

Ibat, & ipse suis ad te properabat ab aedibus: ecce
Ibat, & ipse suis ad te properabat ab aedibus: ecce
Ante fores lapsus, qua via prima fuit.
Ante fores lapsus, qua via prima fuit.

Ille, quod ad tumulum Curtius ibat equo.
Ille, quod ad tumulum Curtius ibat equo.

Ille, quod ad tumulum Curtius ibat equo.

Ille, quod ad tumulum Curtius ibat equo.

[illegible] [illegible] [illegible] [

Magnus quoq; Athanasius in libro de dispensatione incarnationis, cuius initium est: *qui peruersè diuinas scripturas volunt intelligere: Ipse*, inquit, *eum supernè misit Deus, & ipse eum inferius, vt homo suscepit. Ex ipso igitur in ipsum descendit, ex deitate in humanitatem eius.* S. quoq; Chrysostom. in sermone de humanitate Domini nostri Iesu Christi, cuius initium est: *Verè apparuit nobis gratia Dei? Venit*, inquit, *ad nos Christus, dedit nobis spiritum ex se manãtem, nostrumq; suscepit corpus.*

XIV. Idem in sermone, qui inscribitur προφυλακτικὸν, quo scil. aduersus hæreses fideles hom ines præmunire satagit, cuius initium est; *quoniã ad bonum Deum tendimus: Obseruandus, & cauendus nobis boni aduersarius diabolus*, ait; *Et ita nos custodiet spiritus à Christo manans, in diem futuræ redemptionis.*

Simeon quoq; Metaphrastes conscribens passionẽ S. Dionysij Areopagitæ, ita inchoauit: *Olim quidem figuris, & ænigmatibus fidei mysteria inuoluebantur, & veritatis iubar vmbrarum nube tegebatur. Postea verò quàm magnum salutis sacramentũ nobis comparatum est, & is, qui corda nostra singulariter finxit, propriè circa nos benignitatis miseratione sine peccato factus est similis nobis; aliaq; subijt, quæ humanæ infirmitatis sunt, vt ego primam recipiam nobilitatem, ac tandem crucis supplicio affectus est, mortẽq; sustinuit. Et, ne singula persequar: multa enim in medio fuerunt eius dispensationis sacramenta; finem eius corporalis inhabitatio suscepit: spiritusq; inchoat gratia, & in cælos meus Christus fertur, at que ad paternum solium redit, procedentemq; ex se spiritum pro informandis infidelibus gentibus, discipulis mittit.*

S. Anastasius Antiochenus patriarcha in lib. de rectis Ecclesiæ dogmatibus, ait, *Corporis verò proprietatẽ*

pro

Digitized by Google

pro exemplo ſumentes diuinarum perſonarum ad inuicem, habitum per membrorum proportionem, ac ſimilitudinem commendare inſtituimus. Hic etenim ſpiritus oris eius, videlicet Pſal. 32.
Dei, ſpiritus ſanctus dicitur, cùm os vnigenitus ſit; & ſpiritus rurſum ex ipſo procedens, & miſſus non ſolum à patre, ſed etiam à filio. Et poſt pauca: *Apoſtoli enim deprecantes, & vt Domino ſupplicantes, his, qui illius aduentu digni eſſent, ſpiritum ſanctum, vt ita dixerim, extrinſecus inferebant. Saluator autem noſter, ex ſe ipſo, veluti ex theſauro quodam, his, qui per vitæ munditiam idonei, & digni erant, illum præbebat.* Idē in eodē libro; *Spiritus S.*, inquit, *ſpiritus oris Dei appellatur. Os enim patris, filius.* Rurſus in eodem: *Spiritus ſanctus veritatis eſt ſpiritus: hic, à patre quidem procedit, accipit autem* Ioan. 15.
à filio.

Magnus item Athanaſius in epiſtola ad Serapionē; *Vnus enim*, inquit, *filius, cùm ſit viuens verbum, vnam eſſe oportet perfectam ac plenam, ſanctificantem, & illuminantem vitam, quæ operatio ipſius, & munus eſt, quæ ex patre procedere dicitur; quoniam à filio, qui ex patre eſſe, conceditur, emicat, & mittitur, & datur.*

Idem in confeſſione fidei ſuę, cuius initium eſt: *quicunq; vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt, vt teneat catholicam fidem*; ait: *ſpiritus ſanctus ex patre, & filio eſt, non factus, non creatus, nec genitus, ſed procedens.*

S. Epiphan. in lib. ſuo, quē inſcripſit Anchorā: *Spiritus*, ait, *incōprehenſibilis eſt, non alienus à patre, & filio, neq; cōglutinatio eſt patris, ac filij.* Et poſt pauca: *Spiritus S. non filij, non patris frater, ſed ex eadem eſſentia patris ac filij. Ipſe n. vnigenitus patris ſpiritū dixit, atq; ex patre pcedentē: & de meo,* Ibidem:
inq t, *accipiet; ne alienū à patre, vel à filio exiſtimes.* Et poſt pauca: *Ex patre, & filio tertius appellatione.* Et poſt multa:

iusto inhabitant, Christus, & spiritus eius. Si autem Christus ex patre creditur Deus ex Deo, & spiritus à Christo, siue ab vtroq; vt ait Christus, qui à patre procedit, & hic de meo accipiet. Et post pauca: *Sed dicet aliquis; ergò duos esse filios dicimus? Et quomodo erit vnigenitus? Tu quis es, qui respondeas Deo? Sin. filiũ vocat ex se natum, spiritum autẽ S., qui ab vtroq; est: quæ solũ intelliguntur à Sanctis, lucida, luciflua, lucidãq; efficientiam habentia.* Ac post pauca: *Spiritus sanctus, spiritus veritatis est, lumen tertium à patre, & filio.* Et post pauca: *Quemadmodum enim patrem nemo nouit, nisi filius, neq; filium, nisi pater; ita audeo dicere, neque spiritum sanctum, nisi pater, & filius, à quo procedit, & à quo accipit. Et neq; filium, & patrẽ nisi spiritus sanctus, qui veraciter glorificat, qui docet omnia, qui à patre, & filio est.*

Et aliquibus interpositis: *Itaq; & pater erat semper, & filius erat sẽper, & spiritus S. ex patre spirat, & filio.* Et rursus in eodem: *Emitte, ait Dauid, lucem tuã, & veritatẽ tuã. Ipse est Dominus, qui dixit; In nouissimis diebus effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij eorum, & iuuenes eorum visiones videbunt.*

Psal. 42. loc. 2;

Et ea quidem, quæ à sanctis dicuntur, huiusmodi, ita aperta sunt pauca explurimis collecta. Quoniã igitur mag. Basilius in Epist. ad Terentium comitem ait; *Quam rationem habet commune ad proprium hãc habet essentia ad substantiam.* Et idem rursus in epist. ad Gregorium fratrem de differentia essentiæ, atq; substantiæ, inquit: *Communitatis quidem ratio ad essentiam refertur. Substantia verò proprium cuiusq; signum est.* Damascenus quoque in suis Theologicis capitulis: *substantia est commune cum proprio. constat, quia, quando coniunctẽ dicimus essentiam filij: quoniam filius nomen ex propryis est, commune cum propryis signi-*

gnificamus. Sed commune cum proprio ſubſtantia eſt. Ita enim Damaſcenus definiuit. Itaq; quoniã ex eſſentia filij dictus eſt ſpiritus, ex ſubſtantia eius dictus eſt: ſicq;, quod quærebatur, inuenimus.

Quod autem in diuinis perſonis idem ſit, quantum ad rem, proprietas, atq; ſubſtantia, ſiue etiam perſona, manifeſtum eſt. Gregorius enim Theologus in ſermone ad lumina dixit: *Dei autem cum dixero, vno lumine, ac tribus illuſtramini: tribus quidem, ſecundum proprietates. Exponens ſq;, quid dixerit proprietates, adiungit, ſiue ſubſtantias, ſiue perſonas vocare placet.* Item in laudibus ſancti Athanaſij, cum dixiſſet, *Vna enim eſſentia, treſq; ſubſtantiæ*: cum dicantur quidem à nobis, piè protinus adiunxit: *aliud enim naturam indicat; aliud trium proprietates.* Illic ergò cũ proprietates poſuiſſet, ſubſtantias expoſuit: Hic autem ſubſtantias, proprietates. Ex quo ſanè manifeſtum eſt, quia proprietatem, & ſubſtantiam idem intelligi vult, ſimulq; naturam, & eſſentiam in Deo idem æſtimat: vnam enim eſſentiam, naturam expoſuit. Quoniam igitur commune in Deo eſſentiæ tres ſubſtantiæ ſunt; communeq; hæc eſt, quæ ſingulis eſt, & propria eſſentia: vna quippe ex tribus eſt aliqua perſona; quodq; cuiuq; eſt, hoc mirabiliter etiam commune eſt: vnum enim tria, & tria vnum ſunt: in quibus eſt deitas, ſiue vt diligentius dixerim, quæ deitas eſt, iuxta Theologum Gregorium; manifeſtum eſt; quoniam ſicut triũ eſſentia, ſubſtantiæ eſt; ita quæque ſubſtantiarum, eſſentia & ſubſtantia eſt. Sed tres ſubſtantiæ pater eſt, & filius, & ſpiritus ſanctus, ſecundum enim hæc relatiuè ad inuicem propriè accipiuntur.

Itaque, verum profectò eſt, quod dicitur, quod

gandis partibus. Hic alterum dicemus, Arteriis
ipsis, quæ ad cutem, & carnem, & ossa, & reliquas
partes ferunt, ex Venis, quæ ad eas partes ferun-
tur, anastomosin, seu communionem esse. Hic primum
ostendemus, Arteriis ipsis, quæ ad cutem, & carnem,
& ossa, & reliquas partes ferunt, ex Venis, quæ ad
eas partes ferantur, anastomosin, seu communionem
esse. Hic alterum dicemus, Arteriis ipsis, quæ ad
cutem, & carnem, & ossa, & reliquas partes

ferunt, ex Venis, quæ ad eas partes ferantur, anasto-
mosin, seu communionem esse. Hic primum ostende-
mus, Arteriis ipsis, quæ ad cutem, & carnem, &
ossa, & reliquas partes ferunt, ex Venis, quæ ad eas
partes ferantur, anastomosin, seu communionem esse.
Hic alterum dicemus, Arteriis ipsis, quæ ad cutem,
& carnem, & ossa, & reliquas partes ferunt, ex Venis,
quæ ad eas partes ferantur, anastomosin, seu com-
munionem esse. Hic primum ostendemus, Arteriis
ipsis, quæ ad cutem, & carnem, & ossa, & reliquas
partes ferunt, ex Venis, quæ ad eas partes ferantur,
anastomosin, seu communionem esse. Hic alterum
dicemus, Arteriis ipsis, quæ ad cutem, & carnem, &
ossa, & reliquas partes ferunt, ex Venis, quæ ad eas
partes ferantur, anastomosin, seu communionem esse.
Hic primum ostendemus, Arteriis ipsis, quæ ad cutem,
& carnem, & ossa, & reliquas partes ferunt, ex Venis,
quæ ad eas partes ferantur, anastomosin, seu com-
munionem esse. Hic alterum dicemus, Arteriis ipsis,
quæ ad cutem, & carnem, & ossa, & reliquas partes
ferunt, ex Venis, quæ ad eas partes ferantur, anasto-
mosin, seu communionem esse. Hic primum ostende-
mus, Arteriis ipsis, quæ ad cutem, & carnem, &
ossa, & reliquas partes ferunt, ex Venis, quæ ad eas
partes ferantur, anastomosin, seu communionem esse.
Hic alterum dicemus, Arteriis ipsis, quæ ad cutem,
& carnem, & ossa, & reliquas partes ferunt, ex Venis,
quæ ad eas partes ferantur, anastomosin, seu com-
munionem esse. Hic primum ostendemus, Arteriis
ipsis, quæ ad cutem, & carnem, & ossa, & reliquas
partes ferunt, ex Venis, quæ ad eas partes ferantur,
anastomosin, seu communionem esse. Hic alterum
dicemus, Arteriis ipsis, quæ ad cutem, & carnem, &
ossa, & reliquas partes ferunt, ex Venis, quæ ad eas
partes ferantur, anastomosin, seu communionem esse.

ſtantia eſt: idem enim eſſentia, atq; ſubſtantia in Deo eſt, ſecundum rem.

Porrò ſi quis iſta aliter accipiens, velit, aliud quidem in Deo eſſentiam, aliud, ſubſtantiam ſignificare, neceſſariò fateri, eſſentiam ſine ſubſtantia, ſubſtantiamque ſine eſſentia cogetur. Ad quam abſurditatem, magnus quoque Baſilius in prædicta ad Terentium comitem epiſtola, orationem neceſſariò deduxit. Et quoniam indeterminatè Theologi de diuina filij natiuitate differentes, ipſum aliquando quidem ex patris eſſentia, aliquando verò ex illius ſubſtantia natum aſſerunt; aut duos filios natos confitebitur; alium quidem ex eſſentia, alium verò ex ſubſtantia, aut non eſſe filij vnicam, ac ſimplicem natiuitatem dicet. Idem verò & de ſancto ſpiritu dicetur. Et certe ſi quidem ſunt res differentes, aliudque patris proprietas, aliud patris perſona eſt, aliud paterna ſubſtantia: &, aliud pater, aliudque rurſum eſſentia illius; idemque de reliquis ſubſtantijs dicendum: partim quidem Trinitas nobis auferetur, & peribunt omnia, quæ de ipſa piè tradita ſuſcepimus: partim compoſitus erit Deus, ex tam differentibus ad inuicem ſecundum rem cõſtans. Sed enim iſta abſurda ſunt, & impia. Et illud igitur abſurdum penitus, & impium, quo poſito iſta ſequuntur.

Quoniam igitur ſubſtantia quidem, & perſona idem eſt: ſubſtantia verò, & proprietas æquè idem eſt: ſubſtantia autem eſſentia eſt, vt ex his, quæ ſupra diximus, conſtat: manifeſtum eſt, hæc omnia idem in Deo eſſe, ſecundum rem. Et illud item manifeſtum eſt, quod, ſi aliud eſſentia, aliud ſubſtan-

Ad Reuerendissimum Dominum Dominum Iohannem Dei gratia Archiepiscopum Moguntinum, Sacri Romani Imperij per Germaniam Archicancellarium, Principem Electorem, Legatum natum, Primatem, Metropolitanum, & Primum Germaniæ Principem, Domini Archiepiscopi Moguntini, Sacri Romani Imperij per Germaniam Archicancellarij, Principis Electoris, Legati nati, Primatis, Metropolitani, & Primi Germaniæ Principis, Consiliarium, Oratorem, & Ambassiatorem Maximilian Casten, Iuris Vtriusque Doctor, Ecclesiæ Cathedralis Moguntinæ Canonicus, Archidiaconus Sancti Petri, & Scholasticus Sancti Stephani, Ecclesiarum Collegiatarum Moguntinarum Canonicus, Archidiaconus, & Scholasticus.

Anno Domini M. D. XXXIII. Die Mercurij, Mensis Iulij, Hora Tertia.

Reuerendissime Princeps, Domine mihi semper Clementissime, Post humillimam meam Commendationem, Reuerendissimæ Dominationi Vestræ Clementissimæ, Literas meas scripsi, quibus Dominationem Vestram Clementissimam certiorem feci, quo pacto Illustrissimus Princeps Dominus Ferdinandus Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ Rex, &c. Archidux Austriæ, &c. Dominus meus Clementissimus, Dominationi Vestræ Clementissimæ, Literas suas Regias, Cæsareæ Maiestatis Nomine, & Regiæ suæ Maiestatis, Ratisbonæ scriptas, & Regiæ suæ Maiestatis, Sigillo munitas, deferendas mihi commisit, quas Dominationi Vestræ Clementissimæ, Regiæ suæ Maiestatis Nomine, Cæsareæ Maiestatis

Ionæ filium dicendo, proprio, & relatiuo, & definito nomine; eundem & filium esse ex homine Iona, qui pater illi fuit, indicat. Per vtrumque ergo nomen aliter, & aliter idem significatur, relatiuè scilicet, & absolutè: solùm autem simpliciter, & aliquo modo differt. Aliud enim essentiam sine habitu significat; aliud eandem, & ad aliquid quodammodo habentem.

Atteſtatur autem his, quæ dicta sunt: Primùm quidem magnus Athanasius, postea verò etiam S. Maximus: atq; ambo in dialogis suis aduersus Anomæum. Anomæo enim dicente, aliud essentiam, aliud esse substãtiam, S. Maximus respondet; *Aliud, & aliud, non quasi rem; at q; illo inferente; num ergò compositio? Sanctus adiungit: aliud, & aliud dixi, non quasi rem, sed vt aliud aliquid essentia, aliud significante substantia. Sicut granum tritici dicitur, & semen est, & fructus: aliud autem quoddam significat semen, aliud fructus.*

Concedens ergò Sanctus illic, aliud esse essentiam, aliud substantiam, non tamen geminam Deitatem intelligi permittit: propterea scilicet, quod non idem itidem significet deitas, & substantia, vel essentia, & substantia. Licet igitur idem essentiam, ac substantiã, dicere secundum rem, & aliud essentiam, aliud substantiam secundum significatiua rerum nomina. Et Vtrumque tamen verum est. Non enim secundum idem etiã ambo, in quantum essentia quidem commune significat, & idem quod erat esse. Substantia verò idem, & ad aliquid quodammodo habens vel gignentis, vel geniti, vel producentis, vel producti ratione.

Dictum est autem à Sanctis non idem essentiam esse, atque substantiam, propter Sabellium maximè. Hic enim vnam personam DEVM esse confitens, idem in DEO esse substantiam, & essentiam secundum rem, & libenter quidem confitebatur. Hoc enim illi maximè ad id, quod moliebatur, conferebat. Substantias verò, seu personas relatiuum esse, secundum proprietates, quæ substantias ostenderent, nolebat. Si quis enim paternam substantiam relatiuum dicat, necesse est, & ad quod refertur, simul confiteri. Huiusmodi quippe natura est earum rerum, quę ad aliquid dicuntur. Idem verò & in substantia genita, & in procedente dicendum est: Hoc autem in DEO posito, necesse est tres substantias, seu tres personas, Deum secundum fidei positionem ex processibus, siue relationibus, apparentes confiteri, quod erat contrariũ Sabellij proposito.

XVII. De hoc, quod propositum est, & magnus Basilius in exemplari dictatæ ab eo fidei, cuius initium est; *Eos, qui præuenti sunt alia fidei confessione; ait: Quidam verò ab impietate Afri Sabellij venientes,* * *substantiam, atque essentiam idem esse suspicati, inde occasiones concinnandæ blasphemiæ suæ trahunt, ex eo, quod in fide scriptum sit: si quis autem ex alia essentia, siue substantia filium esse dixerit, hunc anathematizat Catholica, & Apostolica Ecclesia. Non enim illic idem dixerunt, essentiam, atque substantiam. Si enim vnam, atque eandem intelligentiam insinuarẽt voces, quid necesse erat vtrasque ponere? Constat verò quoniam aliis quidem ex patris illum essentia esse negantibus: aliis verò dicentibus; quia neque ex essentia, neque ex substantia esset: ita, vtraque, vt aliena ab Ecclesiastica intelli-*

* hypostasin

telligentia interdixerunt. Vbi enim ſenſum ſuum expreſſerunt, ex patris eſſentia filium dixerunt: non iam adycientes & ex ſubſtantia. Itaque & illud quidem pro abolitione peſſimæ intelligentiæ poſitum eſt, hoc autem ſalutare dogma manifeſtat.

Hoc in loco magnus Baſilius dicentibus Patribus: ſi quis verò dixerit, ex alia eſſentia, ſeu ſubſtantia filiũ, hunc anathematizat catholica, & Apoſtolica Eccleſia, eos qui hinc conficiebant, idem eſſe ſubſtantiam, atque eſſentiam culpat, & ait: non enim, quia illic dixerunt, ex alia eſſentia, ſiue ſubſtantia, inde colligitur, idem eſſe eſſentiam, atque ſubſtantiam; ſed quorundam opiniones fallaces ab Eccleſia eliminantes, vtriſq; iſtis vocibus vſi ſunt. Si enim idem ambæ ſignificarent, neceſſe profectò non erat, vtraſque ponere. Sed quoniam alij quidem negabant ex patris eſſentia filium eſſe: quidam verò neque ex eſſentia, neque ex ſubſtantia patris, illum eſſe fatebantur, idcircò vtraque interdixerunt, pro deletione peſſimæ intelligentiæ, anathemati ſubijcientes: ſi quis ex alia eſſentia, ſiue ſubſtantia filium dixerit.

Ex quo liquet Sanctum concludere, non idem eſſe eſſentiam, atque ſubſtantiam. Quod quidam præter ſancti viri intentionem peruertentes, in plurimas abſurditates incidunt. Neque enim illos culpat, quod ſecundum rem idem eſſe eſſentiam, atque ſubſtantiam dixerint: hoc enim verum eſſe veritas ipſa cum ſanctis Patribus loquitur: ipſeq; in epiſtola ad Gregorium fratrem atteſtatur. Sed quia, ſecun-

Dictum est autem à Sanctis non idem essentiam esse, atque substantiam, propter Sabellium maximè. Hic enim vnam personam DEVM esse confitens, idem in DEO esse substantiam, & essentiam secundum rem, & libenter quidem confitebatur. Hoc enim illi maximè ad id, quod moliebatur, conferebat. Substantias verò, seu personas relatiuum esse, secundum proprietates, quæ substantias ostenderent, nolebat. Si quis enim paternam substantiam relatiuum dicat, necesse est, & ad quod refertur, simul confiteri. Huiusmodi quippe natura est earum rerum, quæ ad aliquid dicuntur. Idem verò & in substantia genita, & in procedente dicendum est: Hoc autem in DEO posito, necesse est tres substantias, seu tres personas, Deum secundum fidei positionem ex processibus, siue relationibus, apparentes confiteri, quod erat contrariũ Sabellij proposito.

XVII. De hoc, quod propositum est, & magnus Basilius in exemplari dictatæ ab eo fidei, cuius initium est; *Eos, qui præuenti sunt alia fidei confessione; ait: Quidam verò ab impietate Afri Sabellij venientes,* * *substantiam, atque essentiam idem esse suspicati, inde occasiones concinnandæ blasphemiæ suæ trahunt, ex eo, quod in fide scriptum sit: si quis autem ex alia essentia, siue substantia filium esse dixerit, hunc anathematizat Catholica, & Apostolica Ecclesia. Non enim illic idem dixerunt, essentiam, atque substantiam. Si enim vnam, atque eandem intelligentiam insinuarẽt voces, quid necesse erat vtrasque ponere? Constat verò quoniam aliis quidem ex patris illum essentia esse negantibus: aliis verò dicentibus; quia neque ex essentia, neque ex substantia esset: ita, vtraque, vt aliena ab Ecclesiastica intelli-*

* hypostasin

telligentia interdixerunt. Vbi enim ſenſum ſuum expreſſerunt, ex patris eſſentia filium dixerunt: non iam adycientes & ex ſubſtantia. Itaque & illud quidem pro abolitione peſſimæ intelligentiæ poſitum eſt, hoc autem ſalutare dogma manifeſtat.

Hoc in loco magnus Baſilius dicentibus Patribus: ſi quis verò dixerit, ex alia eſſentia, ſeu ſubſtantia filiũ, hunc anathematizat catholica, & Apoſtolica Eccleſia, eos qui hinc conficiebant, idem eſſe ſubſtantiam, atque eſſentiam culpat, & ait: non enim, quia illic dixerunt, ex alia eſſentia, ſiue ſubſtantia, inde colligitur, idem eſſe eſſentiam, atque ſubſtantiam; ſed quorundam opiniones fallaces ab Eccleſia eliminantes, vtriſq; iſtis vocibus vſi ſunt. Si enim idem ambæ ſignificarent, neceſſe profectò non erat, vtraſque ponere. Sed quoniam alij quidem negabant ex patris eſſentia filium eſſe: quidam verò neque ex eſſentia, neque ex ſubſtantia patris, illum eſſe fatebantur, idcircò vtraque interdixerunt, pro deletione peſſimæ intelligentiæ, anathemati ſubijcientes: ſi quis ex alia eſſentia, ſiue ſubſtantia filium dixerit.

Ex quo liquet Sanctum concludere, non idem eſſe eſſentiam, atque ſubſtantiam. Quod quidam præter ſancti viri intentionem peruertentes, in plurimas abſurditates incidunt. Neque enim illos culpat, quod ſecundum rem idem eſſe eſſentiam, atque ſubſtantiam dixerint: hoc enim verum eſſe veritas ipſa cum ſanctis Patribus loquitur: ipſeq; in epiſtola ad Gregorium fratrem atteſtatur. Sed quia, ſecun-

dum rationem, siue nominum significationem, idem essentiam, & substantiam esse putabant: & non vt ipse ait, essentiam quidem ad commune, ac simpliciter ducebant: substantiam verò, notam propriam in eo, quod aliquo modo ad aliud haberet, definiebant, & ab vtroque nominum vnam, eandemq; capiebant intelligentiam, per quam processus, relationesque, simulque tres personas esse Deum auferebant.

Itaq; confitentur quidem Ecclesiæ Magistri, idem essentiam, & substantiam esse: & ijdem rursus negant, non idem esse substantiam, atq; essentiam dicentes; non secundum idem & ambo, sicut dictum est, contradictionem enim in eodem nunquam simul veram esse posse- Aliud enim secundum rem, aliud secundũ nomen accipitur.

Deinde adiicit, quod vbi suum Patres sensum indicare voluerunt, dixerunt ex patris essentia filium, satis esse putauerunt ad insinuandum, filij substantiam ex patre esse: ac proximè, veluti si diceretur, eum esse ex paterna substantia. Hoc enim manifestationem habere salutaris dogmatis asseuerauit. Salutare autem dogma est, ex patre substantiam habere filium, natiuitatis ratione confiteri: consubstantialem scilicet ei, ex quo est; quod sanè dogma indicari dixit ex eo, quod dictum est, *ex patris essentia filium esse*. Idem ergò est ex patris essentia, atque ex patris substantia dicere. Idem ex essentia, atque substantia est, secundum rem. Et essentia patris, substantia est patris.

Quo-

Quoniam igitur & ſpiritus ſanctus ex filij eſſentia aſſeritur; liquet etiam, quod ex ſubſtantia illius ſit. neque enim eſt vel eſſentia ſine ſubſtantia, vel ſubſtantia ſine eſſentia. Quamuis & prima ſynodus in fidei ſymbolo ſic tradidit: *Credimus & in filium Dei natum ex patre videlicet ex patris eſſentia.*

Conſtat igitur per omnia, quòd ſiue ex filij eſſentia ſpiritus dicitur, ſiue ex filio, ſiue ex filij ſubſtantia, nihil differt ad eius ſubſtantiam inſinuandam. Quemadmodum enim ex eo, quod dictum eſt, filium eſſe ex patris eſſentia, ſubſtantia illius, inde eſſe intelligitur: ita & ſpiritus ſanctus, quoniam ex filij eſſentia à Theologis traditur; ex ipſo etiam habere ſubſtantiam inſinuatur: ſecundum quam ex patre per filium procedit, & ſecundum quam, ab ipſo habere eſſe dicitur. Ac ſicut indifferenter à Theologis, ſiue ex patris eſſentia, ſiue ex eius ſubſtantia filius dicitur, ad inſinuandam eius ex illo ſubſtantiam: ita & ſpiritum ex filio, ſiue ex eius eſſentia, ſiue ex ſubſtantia dicere indifferenter poſſumus ad oſtendendum illum, ex filio habere eſſe; niſi quis ad omnia, impudens eſſe velit.

Si quis autem & hîc per hoc indicari conſubſtantialitatem dicat: Filius certè de ſpiritus eſſentia non dicitur, neq; conuertitur habitus iſta conſequentia.

Porrò ſi ſanctum Iſaac proferat dicentem; *Ille frater tuus eſt, & ex natura tua eſt*: at id quidem dici fas eſt, in quibus nullus ordo conſpicitur, diuiſis quidem ſecundum materiam: vnitis autem ſolummodò termino naturæ mortalis, per quam inuicem con- Iſaac Erem. cuius exſtãt opuſcula Aſcetica.

ſubſtantiales ſecundum conuerſionem ad inuicem dicuntur, & ſecundum quam, vnuſquiſque ex proximi natura, veluti ex quodam ſubiecto, in propria ſubſtantia, ac veluti ex toto pars abuſiuè diceretur. Cæterum in ſancta Trinitate, cùm vna ſit, ac ſimpliciſſima eſſentia, differentiaque, ſolo perſonarum ad inuicem ordine inſpiciatur, ſecundum ſcilicet ſubſtantiales illarum proceſſus. Quemadmodum impoſſibile eſt, patrem ex filio, & ex filij eſſentia dici: & certè cùm vna ſit eademque eſſentia patris, ac filij: ita poſſibile non eſt filium ex ſpiritu, ſiue deſpiritus ſubſtantia vnquam dici propter ordinis terminum, ſecundum quem ex patre per filium procedit

Quemadmodum eadem ratione filium ex patre per ſpiritum gigni, aſſeuerare non poſſumus. Quocirca ritè dictum eſt: Filius ſancti ſpiritus neque eſt, neque dicitur, neque conuertitur habitus iſta conſequentia.

Conſtat autem ex his, quæ dicta ſunt; & quod magnus Athanaſius; idcirco ait: *ex patre procedere dicitur; quoniam à verbo emicat, & mittitur, & datur.* Itaque niſi per verbum, illum pater emitteret, nequaquam eſſet ex patre procedens. Proprietas enim ſpiritus, vt diximus, eſt, ex patre per filium procedere, ſiue ex primo per medium eſſe, perque huiuſmodi proceſſum procedens eſt. Filius enim eſſet, ſi ex patre ſine medio procederet. Nam, ex patre eſſe ſine medio, proprietas filij eſt, ſicut etiam ſupra docuimus. Quomodo ergò non eſſe à filio dicatur, qui idcircò dicitur ex patre procedere, quia & à filio, & per filium

lium est? Et illud itidem constat, quia, *procedere*, & *emicare* idem esse arbitratur Athanasius. Idcirco enim ait: *Procedere à patre dicitur, quoniam à verbo emicat*, quasi diceret. Ideo procedens est, quia ex patre per filium procedit, nisi enim per filium; nunquam diceretur, ex patre procedere, sed nasci.

Si enim, vt quidam volunt, emicare quod ait, de temporali, quem illi introducunt, processu intelligi voluit: quam rationem habuisset, simul ista connectere? Vt enim hunc etiam esse concedamus, temporalis illa processio, quid ad eam confert, quæ sine tempore est? qua nam verò ratione poneret hanc sempiternæ illius processionis esse causam? Omnes quippe nouimus: *quoniam* causalem coniunctionem pro causa accipi. Non enim, quoniam à filio temporaliter emicat, ideo à patre sine tempore procedit. Ideo tamen eo verbo vsus est, vt emicare, pro eo, quod est, *procedere*, diceret: quoniam spiritum illuminantem, vitam appellauit, alternatim scilicet conuersione dictionis vtens: quanquam & magistrorum plurimi *emicare* quod dicitur in substantiali personarum processu proprię substantiæ prætulerunt: sicut est illud, quod canitur: *Vnigenitus filius, qui ex patre sine tempore effulsit:* sed etiam procedentem ex patre spiritum *vitam* esse viuentis verbi dixit. Si autem vita ex viuente, nunquam certè erit sine spiritu Filius. *Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso.* Vita autem spiritus sanctus est, quem vna cum patris essentia ex patre nascens trahit. Neque enim est sine vita, qui natus est. Id quippe præter impietatem etiam stolidissimum est

Ioan. 5.

ingenium, & intelligentiam tradit. Quocirca quæ
ad hæc tria pertinent, ea ad Mercurium referun-
tur. Ad Mercurium igitur pertinent, ut ait Ma-
crobius, omnes artes, quæ ad ingenium, & intelli-
gentiam pertinent. Ad Mercurium pertinent ora-
tores, poetæ, mathematici, medici, augures, aruspices,
& omnes, qui ingenio, & intelligentia præstant. Ad
Mercurium pertinent omnes, qui ingenio, & intelli-
gentia præstant. Ad Mercurium pertinent omnes, qui
ingenio, & intelligentia præstant. Ad Mercurium
pertinent omnes, qui ingenio, & intelligentia præ-
stant. Ad Mercurium pertinent omnes, qui ingenio,
& intelligentia præstant. Ad Mercurium pertinent

eis admodum, ausus est veritatem inscriptis confiteri; & quę illic addit: quam tunc temporis conscriptam ad Iulium Romanum Pontificem misit, cùm insimularetur non rectæ esse fidei. Deinde, & ex eo constat, ipsius veram esse; quod per omnes Occidentis Ecclesias Dominicis semper diebus psallitur, atq; adeò celebris est auctor, vt ne à pueris quidem ignoretur; ex illis quidem temporibus vbiq; diffusa, atq; contra Arianorum hæresin, contraq; omnes rectæ fidei aduersarios, in cunctis Ecclesijs publicè cani præcepta.

Aut igitur aliam aliquam confessionem tanti viri proferant, cuius & Theologus meminit, & cui traditio Ecclesiæ attestatur: aut si hoc non possunt, istam cum supra exposito dicto suscipiant. Testantur autem hanc ipsam fidei confessionem sancti viri esse, atq; id dictum ita se habere, qui contra Latinos multò ante scripserunt: quam sibi vt aduersam, frustra labefactare nituntur. Atq;, vt intelligi datur, tunc quidem ad huc seruabatur; postmodum verò pertinaciores ad contradicendum facti, omninò illam auferre voluerunt. Et si modò nihilominus curiosè inquirentibus rarò licet in uetustissimis codicibus ita habere inuenitur. Si quis tamen diligentius inspiciat, nihil hìc nouum dixisse sanctum virum comperiet. Plurimis enim in locis per filium illum esse ait; & à filio accipere, & ab ipso scilicet accipere, quod accipit. Id autem est, eius esse: quodq; paulò ante dicebat, à filio effulgere. quocirca quam à patre procedentem virtutem dixit, spiritum sanctum à patre procedentem intelligi volui: hoc autem ex patre per filium esse, ac procedere. Porrò i-

sta his

ſta his, q̃ in fidei expoſitione poſuit, valdè cõſona ſunt.

Apparet ſimul ex ſuperioribus, quia & *prodire*, & *profundi*, & *profluere*, & *inundare*, & *manare*, & *effulgere*, & quæque ſimilia, eandem ſpiritus ſancti ſubſtantiam ſignare, quam ipſam etiam *procedere* ſignificat: non ſolùm, quia *vt* dictum eſt, duo proceſſus ſancti ſpiritus non ſunt, vt quidam voluut: Et idcircò iſta omnia, ad ſubſtantialem proceſſum eius reducenda ſunt; cùm eos, qui geminos iſtos proceſſus ponunt, multa neceſſariò abſurdiſſima ſequantur: verùm quia & Theologi ex patre procedere, & profundi, & profluere, & emitti ſpiritum ſanctum concorditer aſſerunt, vbi dicere volunt, ipſum ex patre procedere. Magnus quippe Baſilius ait: *quia non prodit in tempore, quod prodit ex Deo, etiamſi in tempore fiat eius actio, & æternè habet omnia, vt Dei ſpiritus, atq; ex ipſo manans.* Et illud: *Neq; enim minus aliquid eramus habituri ad cognoſcendum ſpiritum, ex Deo eſſe ſpiritum oris eius illum audientes: ſed idoneum & iſtud nomen erat ipſius ex DEO inſinuare ſubſtantiam:* verbo *eſſe*, pro eo, quod eſt, *procedere* vſus eſt.

S. quoq; Maximus: *Emittit*, inquit, *pater ſpiritum, hoc eſt, emiſit*: Et ipſe de proceſſu eius differens, vt ſuperius conſtitit, cum ſanctorum patrum auctoritate oſtenderemus; *emitti*, ac *mitti*, apud eos, pro eo, quod eſt, naſci, & procedere ſolère accipi.

S. item Cyrillus ait: *prodit autem ex patre, & filio; & conſtat, quia diuina eſt eſſentia in ipſa, atq; ex ipſa prodiens: ac profunditur à filio, ſicut etiam ex Deo & patre.* ſed & in ſermone ſuo ad monachos, atq; in expoſitione diuini ſymboli; ſic ait: *ſpiritus profunditur, videlicet procedit, veluti ex fonte, ex Deo & patre.* Et rurſum ad Hermiã;

Num, inquit, *animaduertisti, quoniam spiritum quidem veritatis nominauit paracletum dominus?* ait deniq;; *quoniam procedit ex patre: sua omnia propriè ostendens, quæ patris sunt.* Ac rursus in eôdom: *Intelligisne, quomodo, vt propriumse nobis missurum pollicetur spiritum, qui proceditex patre? Et spiritum quidem veritatis vocat; profundi tamen ex ipso patre, definiuit.*

Sed & magnus Athanasius, in ea quam scripsit disputatione Orthodoxi & Macedoniani, ait; *spiritus natura sanctus, natura incorruptibilis, vt spiritus Dei, & ex ipso manans, siue procedens.*

Quin etiam in filij ex patre substantia insinuanda, prædictis verbis usi sunt. Magnus enim Basilius in 11. quæstion. ait; *Patris quidem optimi, optimus q̃z filius, ex lumine autem ingenito lumen effulsit sempiternum, at q̃z ex vera vita viuificans processit fons, at q̃z ex ipsa virtute Dei virtus effulsit.* Sed & verbo *effulsit* in quadam mystica sacrificij oratione in spiritu sancto vsus est, de filio dicens: *Aquo spiritus sanctus effulsit.* Ac rursus idem in eisdem ait; *Communis præsumptio omnibus simul Christianis inest quod lumen genitum filius sit ex ingenito lumine effulgens.*

S. autem Cyrillus in vno capitulorum suorum de æternitate filij sic ait; *Erat igitur gignenti patri coæternus filius, veluti à fonte quodam paternæ substantiæ manans.* Et in alio; *qui enim à paterna processit essentia, patrem protinus ostendit eum, qui se genuerat.* Et in alio; *quod ex patris essentia processit verbum.* Atq; in alio; *pater produxit ex se ipso filium inseparabiliter, at q̃z incunctanter.* Et in alio; *Totum esse filij ex patris essentia procedit.* In alio quoq;: *quæ nam enim passio fieri in sole cernitur, quando gignit lucem? quæ nam contingit ignis separatio, quomodo emittit ex se ipso fulgorem?*

quod

quod si *gignunt ista inseparabiliter, emittunt q; impassibiliter, quæ ex ijs sunt; nonne longè dignius, & excellentius horum conditor naturæ suæ splendorem emittit?* Psallimus item canticis *spiritus confessor, & conformis ex patre simul effulsit.* Et item; *Tu Dei mater incunctanter facta es eius, qui ex immortali effulsit patre.*

Si igitur eos, qui binos sancti spiritus processus po- XX.
nunt, absurda plurima sequuntur: verbis autem, quibus filij ex patre substantiam, ac rursus substantialem spiritus ex patre processum sancti significare volentes, eisdem vsi sunt in filio, atq; in spiritu indiscretè, & absq; vlla determinatione: quomodo non & hîc per id, quod dicitur, *profundi*, & *inundare*, & *profluere*, per filium, atq; à filio dici spiritum sanctum, necesse sit intelligere eius, ex filio substantiam, secundum quam ex patre per filium procedit: maximè, cum Beatus Cyrillus, *profundi*, pro eo, quod est, *procedere*, apertissimè tradiderit.

Quia enim duas ex Deo personas procedere, secundum scilicet geminum processum fides tradidit: aliam quidem, secundum natiuitatem; aliam verò, secundum processionem. atq; alius quidem filio, alius verò spiritui conuenit; constat, quandoquidem filius ex patre procedere, & profundi, & inundare, & fluere à Theologis asseritur: ista, pro eo, quod est, nasci, vel gigni intelligenda: Cùm verò spiritus sanctus siue a patre, siue à filio profundi, & prodire, & profluere dicitur: hæc, pro eo, quod est procedere, accipienda; verbis istis omnibus processum cuiuslibet ex aliquo insinuantibus, & vbiq; quidem aptari peculiarius valentibus; atq; in hoc loco propriam vtriq; personæ substan-

tiam affatim reddere; alteri quidem naſcendi; alteri verò, procedendi ratione; cùm alia quidem ſit continenter ex prima; alia, per eam, quæ eſt continenter ex prima. quippe iſti ambobus ſunt ſubſtantiarum termini.

Verùm, quoniam ab omnibus Doctoribus ſpiritus ſanctus ex filio procedere aſſeritur, liquet profectò, quia ſecundum naturam eſt, vel ſecundum accidens: Id quippe creaturarum eſt à Deo non naturaliter procedere: ſi igitur, ſecundum naturam ex filio procedit ſpiritus; hoc autem duobus modis fit; vel ſecundum natiuitatem; vel, ſecundum proceſſionem: præter iſta enim nullus alius in diuinis perſonis ſecundum naturam proceſſus eſt: ſecundum natiuitatem verò, proceſſus in ſpiritu eſſe non poteſt: ita enim eſſet ſpiritus filius filij. manifeſtum eſt ſpiritus ex filio proceſſum, vt procedentis eſſe: ſimulq; conſtat ex his, *effulgere*, & *profundi*, & *profluere*, quod dicitur, à filio ſpiritum: ipſum ex patre procedentem, vnicum ſpiritum ſanctum, non donum aliquod ſine ſubſtantia ſignificare, vt quidam volunt: ſicut enim ſiue filius, ſiue ſpiritus effulgere, & profluere ex patre dicitur; ipſæ perſonæ diuinæ ſignantur procedentes: ita & ſpiritus à filio profundi, & effulgere cum dicitur, & maximè cùm ſic coniunctè procedens ex patre per filium profundi, ac procedere dicatur, ipſa diuina perſona ſpiritus inſinuatur. Procedentem enim ex patre ſpiritum, nemo ſine ſubſtantia dicere præſumit, niſi quis blaſphemare velit.

XXIII. Illud autem, quod quidam aiunt, ſanctos dicere, ſpiritum ſanctum procedere quidem ex patre, à filio autem

autem profundi: Et rursum; procedere quidem ex patre, ab eo autem effulgere: vel, proprium ipsius esse vel, non alienum, & quę talia: Per has coniunctiones connexiuas, substantialem spiritus processum filio tollentes, patriq; solummodò hunc attribuentes, omninò imbecillum est. Huiusmodi quippe illorum mens est qnoniam dicitur quidem spiritus ex patre procedere, vnde secundum essentiam illi peculiaris est: non tamen est alienus à filio, spiritus enim filij dicitur, iuxta quod sibi etiam peculiaris est. Ideo, & ab eo profunditur, quēadmodum ex Deo, & patre, hæres enim paternorum bonorum est, & proprius ipsius est, vt pote per ipsum naturaliter prodiens, & ex ipso existens. Igitur, etsi procedit ex patre; at neq; à filio alienum oportet æstimare secundum eum, quem prædiximus modum. Procedit quippe per filium. Procedere autem quod dicitur, etiam per filium consequitur. Aliter enim non diceretur ex patre procedere.

Attestatur & his magnus Basilius, cùm dicit; *Illius quidem ad patrem proprietatem intelligo; quoniam procedit ex patre: ad filium verò, qnoniam audiui; si quis spiritum Christi non habet, non est eius. Et illud; Neq; enim* Rom. 8. *minus aliquid eramus habituri ad cognoscendum, spiritum ex DEO esse: spiritum oris eius audientes eum; sed sufficiebat & hoc nomen ad insinuandum, ipsius ex DEO esse substantiam.*

Porrò patris os filius est, vt Patres volunt. Prorsus verò, quod sancto spiritui ad patrem est, *ex patre procedere*, patrisq; spiritum dici: hoc, & ad filium, ab ipso accipere, & audire, & cetera, quæ filij spiritum esse cōmendant. Nam & à patre procedere quod dicitur, à patre accipere

quem Apollinem, Augustinus Apollinem Delphicum, Macrobius Apollinem Pythium.

Et omnino Apollinis nomen ab ἀπολλύειν, id est perdere, fit, utpote qui sagittis, ut fabulis Poetarum creditum est, pestilentiam immittat, qua homines pereant. Quamobrem Apollo Sminthius, Apollo Lycius, Apollo Parnopius, Apollo Smyntheus, Apollo Thymbraeus, Apollo Grynaeus, Apollo Clarius, Apollo Delphicus, Apollo Pythius, Apollo Actius, Apollo Nomius, Apollo Patarenus, Apollo Didymaeus, Apollo Cynthius, Apollo Delius, Apollo Phoebus, Apollo Musagetes, Apollo Coryphaeus, Apollo Tenedius, Apollo Ismenius, Apollo Daphnaeus, Apollo Ptoüs, Apollo Ismenius, Apollo Daphnaeus, Apollo Ptoüs, Apollo Isotimus, Apollo Cynthius, Apollo Delius, Apollo Phoebus, Apollo Musagetes, Apollo Coryphaeus, Apollo Tenedius

lis: imò, & tota Trinitas, vt vnus Deus inſpirat, & ſibi benè complacet in bonis, & quodcunq; inchoantibus adiutrix eſt. Atq; vbiq; penitus quæq; perſonis aſſignãtur vt propria, ſine vlla varietate conuenient: vbi non opponitur relationis obiectio, quemadmodum proceſſio ſpiritus, filij ad patrem relationi nihil obſtat, vt in ſequentibus lucidius monſtrabitur.

Quod ſi ꝓcedere ipsã dictionẽ, quę Græcè ἐκπορεύεσθαι dicitur, in filio inquirunt: primũ quidẽ pluribus ſupra rationibus oſtenſum eſt, quod alia quoq; verba hoc ipsũ nihilominus ſignificãt. Deinde, quia & à Sanctis quoque poſita eſt huiuſmodi dictio. Sed & ipſum, q̃ per filiũ ꝓcedere dicitur, à Patribus cõmendare ſufficit, q̃ etiam ꝓcedit ex filio. Quanquam quibus non ſufficiat, quod ex filio ſpiritus eſſe ſanctus dicitur? cũ Sancti hoc plurimis in locis dixerint, cũ de perſonalibus ſubſtantijs diſſererent: verbũq;, *eſſe*, ſubſtantiuũ cũ ſit, magis etiam cuiuſpiam ex aliquo ſubſtantiam exprimere poſſit, iuxta ſcilicet proprij proceſſus terminum.

Præterea conſtat ex ſuperioribus, quod dicimus in filio manere ſpiritum, quod quidam his obijciunt; qui etiam ex filio proferunt, nihil eos iuuat. Qui enim & ex filio ſpiritum dicunt: & in filio longè prius cõfitentur: namq; & ſancti, & *in filio* dicunt; & per ipſum, & ex *ipſo eſſe*, addunt. Neq; hoc ſolùm, ſed & in patre, & in filio ſpiritum ſanctum manere. Sicut autem in patre manẽs, etiam ex ipſo eſt; ſic, & in filio manens, etiam ex ipſo eſt. Non enim profectò quiſpiam blaſphemare audebit, ita in filio manere ſpiritum, ſicut in quolibet Sanctorum, in quibus requieſcit quidem, & manet, ſed per gratiam, non per naturam.

Præterea verò, quod procedit, in eo, ex quo procedit, prius ſubſtiterit neceſſe eſt. Neq; enim ex illo aliter procederet. In diuinis autem perſonis, ſimul & in ipſo, & per ipſum, & ex ipſo eſt, propter æternitatem; & q; illic tempori nullus locus ſit. Sicut ergò filius in patre exiſtens ex ipſo eſt; & ſpiritus ſanctus ſimiliter; pari profectò ratione, & de manſione ſancti ſpiritus in filio dicendum.

Et eſt quidem id verum, quod ait D. Dionyſius, q; diuinæ ſubſtantiæ in inuicem circumeunt, ſed non idcirco confuſio eſt; neq; hinc immobilis ordo peruertitur; *neq; neceſſe filium in ſpiritu cum dicimus, etiam ex ſpiritu eſſe confiteri*, vt Nyſſenus Gregorius ait: *Sed, eſt quidem filius in patre, ſicut pulchritudo imaginis in primitiua forma in propria imagine*. Idem verò & in filio, & ſpiritu dicendum.

XXIV. Quoniam igitur ab Orientalis' Eccleſiæ Magiſtris, ex filio eſſe, ac procedere ſpiritum ſanctum traditum conſtitit, licet plurima omiſſa ſint, quæ afferri poterant ad hoc ipſum aſſeuerandum: nunc iam & ab Occidentalis Eccleſiæ Doctoribus, vt idem adſtruere nitamur, admonemur; vt his, qui contradicere nituntur, nulla iam excuſatio reliqua ſit. Ac primò quidem, quantam illis vniuerſales ſynodi reuerentiam, auctoritatemq; præſtiterint; & à qua fide illorum dicta ſuſcipi conueniat, inſinuandum.

Sancta igitur, atque vniuerſalis quinta ſynodus in geſtis ſuis ita fermè ad verbum ait: *Sequimur in omnibus ſanctos Patres, ac Doctores ſanctæ* DEI *Eccleſiæ, Athanaſium, Hilarium, Baſilium, Gregorium Theologum, Grego-*

Gregorium Nyſſenum, Ambroſium, Auguſtinum, Theophilũ, Cyrillum, Ioannem Conſtantinopolitanum, Leonem, Proclũ, & omnia, quæ ab eis de fide recta, & ad condemnationem hæreticorum conſcripta ſunt, ſuſcipimus. Imo, & in ſynodico, quod dicitur, anathemate, plectuntur, qui prædictos Doctores non ſuſcipiunt; neq; omnia, quæ ab eis ſcripta ſuut, confitentur. Præcipuè verò Auguſtinum ſanctæ vniuerſales ſynodi, vt in earum geſtis conſtat, tertia ſcilicet, ſexta, & ſeptima (Actione) eminentiſſimum Eccleſiæ magiſtrum, ac ſanctum prædicarunt.

Sed & de prænominato S. Anaſtaſio Antiocheno patriarcha ſexta ſynodus ſic ait; *Suſcipimus S. Anaſtaſium rectæ fidei reſpondentem pro tomo ſancti, ac venerabilis Papæ Leonis.* Ac rurſus: *Sanctum nominat Oriens totus hunc ſanctæ memoriæ Anaſtaſium qui fuit Antiochiæ Archiepiſcopus, & qui eum non ſuſcipit, Deus anathematizet.*

S. igitur Hilarius, antiquus Pater, atq; venerabilis, & dicendi vi, & philoſophiæ ſtudijs, & Theologiæ ſublimitate, & vitæ munditia, & miraculorum oſtenſione maximè clarus; ita, vt B. Auguſtinus de illo dicat: *Mirum ſanè, ſi quis Hilarium legens non admiratur cum his, qui in Nicæa conuenerunt. Pro vnigeniti gloria contra Arium pugnans*, ait in 2. de Trinitate libro, quem contra Arium, & Sabellium conſcripſit: *Credimus S. Trinitatem, hoceſt, patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, vnũ Deum omnipotentẽ, vnius eſſentiæ, vnius ſubſtantiæ, vnius potentiæ, creatorẽ omniũ creaturarũ, ex quo omnia, per quẽ omnia, in quo omnia. Patrẽ non ab alio: filiũ, ex patre genitũ; Deũ verũ de Deo vero; lumen verũ, ex lumine vero: nõ tamen duo lumina, ſed vnũ lumen: ſpiritũS à patre, & filio æqualiter procedentẽ, conſubſtantia-*

(*lem, & coæ-*

ternum

Digitized by Google

Ad hæc Ficinus: quidnam, inquit, Philosophia
Platonica, quæ ad Deum ducit, cum Theologia
Christiana, quæ ad Deum ducit, commune habet?
Nempe, inquit Cardinalis, quod ad Deum ducit.
Quid, inquit Ficinus, ad Deum ducit? Nempe, inquit
Cardinalis, quod ad Deum ducit. Quid, inquit Ficinus,
ad Deum ducit? Nempe, inquit Cardinalis, quod ad
Deum ducit. Quid, inquit Ficinus, ad Deum ducit

niſi ſpiritus ſanctus. Nec de quo genitum eſt verbum, & de quo procedit principaliter ſpiritus, niſi Deus pater. Ideo autem addidi principaliter: quia & de filio ſpiritus ſanctus procedere reperitur. Sed hoc quoq; illi pater dedit non iam exiſtenti, & nondum habenti; ſed, quidquid vnigenito verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergò, eum genuit, vt etiam de illo donum commune procederet, & ſpiritus ſanctus eſſet amborum.

Idem in v. de Trinitate; *quemadmodum filio ſubſtantiam præſtat ſine initio temporis, ſine mutabilitate naturæ ex patre natiuitas, ita & ſpiritui ſancto eſſe præſtat ſine principio temporis, ſine mutabilitate naturæ, ipſa ex vtroque proceſſio.*

Idem ſuper Ioannem; *Corporalis illa inſufflatio, nõ ſpiritus ſancti ſubſtantia fuit; ſed demonſtratio per congruam ſignificationem; non tantùm à patre, ſed etiam à filio procedere ſpiritum ſanctum; quis enim ita demens ſit, vt dicat, alium eſſe ſpiritum ſanctum, quem inſufflans dedit: alium, quem poſtquam aſſumptus eſt, miſit?*

Idem ad Petrum quendam, poſtulantem rectæ fidei conſcribi regulam, XL. illã capitulis diſtinxit; quorum ſingula, dogma continent ſalubre, atq; ad fidẽ neceſſarium. Ait igitur in 8. capitulo: *Firmiſſimé tene, & nullatenus dubites, ipſum ſpiritũ ſanctũ, qui patris, ac filij vnus ſpiritus eſt, à patre, & filio procedere, Ait enim filius. Cùm venerit paraclitus, ſpiritus veritatis, qui à patre procedit: quo in loco ſuum eſſe docuit ſpiritum ſanctũ. Ipſe quippe eſt veritas. Et ex filio procedere ſpiritum ſanctum, & prophetica nobis, & Apoſtolica doctrina cõmendat. Iſaias n. de filio dicit: Percutiet terrã virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impiũ. De quo & Apoſtolus ait; quẽ Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. Quẽ & ipſe vnigenitus filius Dei, oris ſui ſpiritum eſſe ſi-*

Ioan. 15.

Iſaiæ. 11.

2. Theſſ. 2.

Ioan. 20. Apoc. 1. & 19. *se signanter ostendens, post resurrectionem suam discipulis suis insufflans dixit: Accipite spiritum sanctum, & Ioannes in Apocalypsi; Ex ore ipsius Domini Iesu gladium bis acutum procedere dixit.* Ipse ergò spiritus oris eius, ipse & gladius ex ore eius procedens.

Idem in lib. de fide catholica: *Præsta*, inquit, *mihi, in hac via, quam, te duce, ambulo, sapientiam; & inspira mihi, & doce me per gratiam tuam, quomodo in te inculpabiliter oporteat credere, vt te Deum, vnum, æternum sentiam, & incõprehensibiliter trinũ in personis credam, patrem ingenitum, filium ex patre vnigenitum, procedentem ex vtrisq;, & in vtrisq; permanentem spiritum sanctum.*

Idem in eodem lib. *Hanc fidem per te, & ex te, & in te confiteor, ô beata, & benedicta, & glorioſa Trinitas, ô vera, & summa, & æterna vnitas, pater, & filius, & spiritus S. Deus, & Dominus paraclitus, charitas, gratia, vnio, vera lux, verũlumẽ ex vero lumine, vera illuminatio, viuens vita, vita ex viuente, viuentium viuificatio, fons, fluuius, riuus, vnus ex nullo, vnus ab vno, vnus ex ambobus: Ab vno, omnia, per vnum in vno. Ex nullo, pater; ex altero, patre scilic filius; ex ambobus, spiritus sãctus, hoc est, ex patre, & filio. Verus genitor, veritas, genitus, amborum caritas, spiritus sanctus. Vnitas vna, æqua maiestas, æqualis gloria, vna, eadẽq; essentia.*

S. quoq, Leo Papa, sub quo Chalcedonense Concilium conflatum est; cuius de fide literas, rectæ fidei columnam vniuersa synodus appellat, in canonicis sanctionibus contra eos, qui pecuniæ gratia, manus imponerent, ait *Gratia, quæ gratis non datur, & accipitur, gratia non est. At simoniaci non gratis accipiunt; non ergò gratiam, quæ in Ecclesiasticis ordinibus maximè operatur, accipiunt. Si autem, non accipiunt, non habent, neque gratis, neque cum pecunia*

pecunia dare alicui possunt, Quid igitur dant? spiritum mendacij scilicet. Quomodo? id ostendemus. Si enim spiritus veritatis, veritate ipsa testante, ex qua procedit, gratis datur; procul dubio spiritus mendacij esse deprehenditur, qui non gratis datur.

Sanctus item Gregorius Romanus Pontifex, in homil. super illud Ioann. cap. *Cùm sero esset die illo vna Sabbatorum*, ait: *Sicut misit me pater, & ego mitto vos: hoc est, ea charitate vos diligo, cùm inter scandala persecutorum mitto, &c.* quæ supra notauimus. Idem cum exponeret illud Cantici Canticorum scilicet: *Odor vnguentorum tuorum, super omnia aromata*, ait: *Vnguentum Domini spiritus sanctus erat, de quo propheta ad eũ dixit: Vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Hoc oleo, quando incarnatus est, vnctus est: Non enim primùm homo factus est, p ostea spiritum sanctum accepit: sed, quando de spiritu sancto incarnatus est, simul & incarnatus, & vnctus est. Odor ergò vnguentorum eius, fragrantia S. spiritus est, qui, & ab ipso procedit, & in ipso permanet.* Idẽ in 2. moraliũ: *Spiritus S. nunquã deseruit humanitatem Christi, cuius ex Deitate procedit.*

Ioan. 20.

Cant. 4. Psal. 44.

Ista quidem à latinis Doctoribus sumpta, pauca de innummerabilibus posuimus: per quæ Græcis valde consentiunt; Dei scilicet spiritu eos, terræ licet, ac maris intercapedine disparatos coniungente, in vna catholicæ fidei, pietatisque concordia. Neq; enim profectò, benignissimus cùm sit, quos verbum vitæ continere, & humano generi expositores eloquiorum suorum præesse voluit, per quos mortaliũ misertus errores, ad agnitionẽ sui errãtia corda cõuerteret: vel de veritate dissentire ab inuicẽ, aut fidei duces, ecclesiæ decretis post BB. Apost. assumi p̃misisset, q̃ gubernatorũ, ac magistrorum

XXV.

gis, quos Ethelredus Comes, Ecclesiæ Christi Cantuariæ Archiepiscopus, Ecclesiæ Christi Cantuariæ, ad Ecclesiam Christi Cantuariæ, Ecclesiæ Christi Cantuariæ, Ecclesiæ Christi Cantuariæ, Ecclesiæ

veniam petit, ſi quid omninò, vel in parte, à veritate aberrauit. ſin autem, quæ à ſummis viris, per modeſtiam, & humilitatem dicta ſunt, non oportet contra illos, quaſi ab illis teſtimonium ſumere; Prorſus & ea, quæ à B. Auguſtino modeſtiſſimè ſunt dicta, contra illum proferre in teſtimonium, imò contra veritatem, fas non eſt. Aliàs enim ſanctorum maximas virtutes euertemus, catholicoſq; Doctores arbitrabimur circa fidem naufragaſſe, alijſq; paraſſe naufragium; eoſdemq;, & ſanctos ſimul, & nocentes appellabimus; & magiſtris quidem honorem habebimus; qui verò illis obaudiunt, hæreticos exiſtimabimus. Sed, iſta planè inepta ſunt, & abſurdiſſima. Nam, quod B. Auguſtinus in ſuis de S. ſpiritu ſententijs, ne veſtigium quidem ambiguitatis oſtenderit, ex dictis ſuis conſtat. *Non enim poſſumus*, inquit, *dicere; quod ſpiritus S. à filio non procedat.* Et qui aliter ſentiunt, eos dementiſſimos appellat: *at q. hanc fidem ad Deum* ait, *apertè confiteri, in qua, & à filio procedere ſpiritum S. continetur, & ab ipſis ſaluatoris verbis id oſtendi aſſeuerat; addit q., ipſam propheticam, at q. Apoſtolicam doctrinam, ex filio procedere ſpiritum ſanctum, commendare.*

Hæc autem profectò ambigentis non ſunt: & Petrum firmiſſimè tenere, ac nullo modo dubitare de proceſſu ſancti ſpiritus ex filio admonet. Atq; in fine XL. capitulorum, quæ ad eum ſcripſit, quaſi concludens ait; *ſingula, quæ illic dicta eſſent, tantum roboris ad fidem habere, vt qui vel vnum ex illis abolere niteretur, quaſi manifeſtè impius: communiſq. peſtis execrandus, at q. fugiendus eſſet; & ne q. in menſa illi, ne q. in alioquolibet communicandum; ne q. ſalutandum, ne q. ſub tectum vocandum ait.*

Constat igitur, quia, quæ de fide crediderat, ea & scribebat, eisq; omnes credere, & obtemperare, & monebat, & orabat, vt, quæ essent maximè salubria & vera. Desipuisset enim profectò Augustinus; si, pro incertis rebus, tantam vltionem expetisset.

Quid autem dicturi sunt de Doctoribus reliquis? neq; enim omnes ambiguos dicent. Quidam verò, & illum, & cum illo alios plurimos Doctorum errasse de S. spiritu, nihil mirum esse asseuerant. *Homines quippe fuisse; & errare, hominum esse.* Sed ista profectò improborum nimis hominum sunt: & eorum, qui Doctores omnes vnà destruere nituntur. Quid enim prohibet eâdem ratione, omnes pariter exploderent? Homines enim fuerunt & ipsi, ac veluti inprofundæ noctis vertici tenebris. Hoc enim concesso, omnes arbitrabimur circa fidem cunctabundos ac dubios hærere; nullòq; horum iudicio vtemur ad sanctarum literarum intelligentiam. Ne isti quidem, qui hæc dicunt, habebunt, vnde sua firmare possint, nutantibus omnibus. Quibus enim rationibus, quos volunt, magistros arguunt: eisdem & ipsi arguentur. Nempe enim non omnium sedebunt iudices, communes quidem Ecclesiæ Magistros excludentes: ipsi verò, veluti sapientiæ, ac scientiæ, thesauros penes se conditos habentes, eosq; supra humanam naturam fuisse gloriantes; quæ ipsi proferunt, sola obtinere, ac rata esse, ac firmissima dicere audebunt. Atq;, vt datur intelligi, eos quidem, qui omnium consensu, sapientia, & sanctitate floruerunt, fragilitate conditionis humanæ in errorem lapsos dicent; sibi autem ipsis tantummodò errore decipi non posse, peculiare erit?

Hæretico cū huius temporis aduersus patrum testimonia responsio, Norent hæc Hæretici.

Pulcherrima in nostros sectarios.

Sed

Sed iſta, vt ſuperbiæ, ſtultitiæq; pleniſſima illis relinquantur, quos delectat huiuſmodi fatuas, inutilesq; gloriolas ſequi: maximè, cùm, poſſibile non ſit, eoſdem & ſanctos, conſentiente orbe vniuerſo, fuiſſe; &, à fide deuiaſſe, ſine qua, Deo placere impoſſibile eſt, vt ait Apoſtolus. Nos autem honorem illis ab vniuerſalibus Concilijs attributum ſeruantes, hoſq; vt præceptores, & duces Græcos, Latinoſq;, ſequentes; *In Chriſto enim Ieſu, neq; Iudæus, neq; Græcus eſt aliquid* quodq; à quolibet dictum, veraciter eandem habet vim, librantes, ſibi ipſis, atq; inuicem de ſancto ſpiritu, valdè concordes aſpicimus. Gal. 3.

Alij enim ex filio procedere aiunt ſpiritum ſanctum; Alij eſſe ex filio, atq; ab eo, eſſe habere; & ab ipſo naturaliter prodire, & profundi, & emicare, & profluere, ac per filium, & ex filio procedere: &, ſi quid eiuſmodi intelligentiæ proximum ab eis dicitur. quanqnam, etſi qua à Magiſtris obſcurius fortaſſis de hac re dicta videbãtur; prudentiæ fuerat, ea ex manifeſtis dictis interpretari; ne, propter nos videantur & ſibi ipſis, & inuicẽ ſacri Doctores aduerſari: id profectò pro certo habentes q, à Deo traditi Eccleſiæ Magiſtri, nũq; diuerſis inter ſe dogmatib⁹ diſſentire poſſent: p quorũ os vnus ille, & diuinus ſpiritus, de quo ſermo eſt, locut⁹ ſit.

His ita poſitis, conſtat ex his, quę cõmuniter, & ſingulariter à ſanctis patribus dicta prænotauimus; quod ipſi ſancti viri, qui ex patre per filium procedere ſpiritum ſanctum dixerunt, & ex filio procedere, & ab ipſo eſſe, atq; ab eo, eſſe habere, & ex eo naturaliter prodire, & profluere: &, ſi quid eſt huiuſmodi, pręter id quod ex ipſis fidei principiis neceſſariò ſic iſta concluduntur, ex ipſis ſaluatoris vocibus occaſiones acceperunt; XXVII.

runt; ex patre quidem illum ideo esse asserentes, quod
Ioan.14. saluator in Euangelijs dixerit; *qui à patre procedit*. Per filium verò esse, & ex filio; quia ipsum Dominus, nunc quidem veritatis spiritum dixerit; nunc autem ipsum discipulis corporaliter insufflauerit. Atq; nunc quidem ad discipulos dixerit: quia, de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Nunc verò ad patrem; *Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt.*

Ioan.17. Atq; ex eo, quod mitti quidem spiritus à patre, & donari, & si quid huiusmodi est: mitti verò, & dari, & à filio itidem dicitur, neq; seorsim mittit pater spiritum sanctum, ac seorsim filius; sed ex eo, quod à patre per filium, atq; ex patre, & filio vna datione, vna largitione, vna missione datur, & mittitur; quemadmodum scilicet vna processione ex Patre per Filium procedit, atque ex eo, quod Filius consors sit patri horum omnium naturalium bonorum, Patrisq; bona habeat propria, atq; præcipua. Ac ex eo, quod non seruiliter, ac ministri officio à filio mittitur, vtpote qui est incommutabilis imago patris. Hæc enim ex prædictis insinuata sunt, etsi plurima omissa sint. Et illud vnà appareat, quod quando insufflauit in discipulos Dominus, &
Ioan.20. dixit eis: *Accipite spiritum S.*; qui ex patre per filium naturaliter prodit, & per se procedentem dedit eis.

Hoc igitur, vt dictum est ab Ecclesiæ Magistris, satis supra declaratum est. præcipuè tamen magnus Basilius suam de hac re opinionem indicans, prædicta confirmat: Nam in quarto contra Eunomium in vno capitulo, quod inscribitur, quod diuina natura sit spiritus: *spiritus enim*, inquit, *viuenti verbo ad creandum coniunctus, viua virtus est, & natura diuina, ineffabilis ex ineffabili*

fabili ore prodiens; ineffabiliter per insufflationem in hominem emissa, & secundū formaā à Christo corporaliter ostensam, rursus ab ipso per insufflationem restituta. Concurrere quippe oportebat antiquæ nouitati præsentem quoq; renouationem, & huiusmodi concursionem expressit insufflans, non alius existens, quàm is, qui ab initio insufflauerat. sed ipse, per quem dedit Deus insufflationem, tunc quidem cum anima, nunc autem, in animam.

Magnus quoq; Athanasius in epist. ad Serapionem de spiritu sancto, cuius initium est; *Legi nunc quoq; scriptam à tua veneratione epistolam* ait; *Deniq; patre mittente spiritum, filius illum discipulis insufflans dedit. Omnia enim quæ habet pater, filij sunt.*

S. item Cyrillus in IV. ad Hermiam ait; *simul enim, at q; summi opificis ineffabilibus nutibus, natura hominis ad substantiam prouecta est, habitu etiam ad spiritum componebatur. Insufflauit enim in faciem eius spiraculum vitæ, non aliter, vt reor, animali hoc lucem sanctificationis, proprietatisq; ad Deum habituro, nisi participatione spiritus sancti fuisset ornatus. Itaq; & quando vnigenitus factus est homo, desertam, ac destitutam antiquo bono, & quod à principio acceperat, inueniens naturam hominis, eam rursus in illud transformare curauit, veluti à fonte, propria scilicet plenitudine illum immittens, ac dicens; Accipite spiritum S., euidentiore insufflatione per carnem spiritus naturam optimè signans.*

Præter ista verò, quę à sanctis viris dicta sunt, quibus apertè indicatur, spiritum S. per insufflationem discipulis datum: quandoquidem hìc magnus Basilius spiritum verbo coniunctum ad creandum, quem & viuam virtutem, & diuinam dixit naturam à Christo per insufflationem homini fuisse restitutam; quam

etiam corpoream appellauit formam ab ipso demonstratam ; manifestum sanè est, quòd quando insufflans dixit; *Accipite spiritum sanctum*: per hoc ipsum, qui ex patre procederet, spiritum insinuauit. Hoc enim est verbo coniunctam fuisse ad creandum, vivam virtutem diuinam naturam, paracletum scilicet.

Quod autem *formam* aiunt Basilius; Cyrillusq;, *adumbrationem per carnem spiritus naturæ*, hoc Augustinus corporalem insufflationem appellauit. Et quia forma, & adumbratio spiritus naturæ est: insufflationem illam non esse spiritus sancti substantiam dixit; sed documentum per propriam & congruam significationem, quod hic spiritus sanctus etiam ex filio procederet. Et meritò sanè. quoniam enim nihil eorum, quæ à Domino fiebant, fortuitum erat: & quæ in signis traduntur, relationem aliquam ad ea, quæ significant, habent; sicut baptisma, quod per aquam datur, inuisibiliter operantem emundationem indicat: emundat quippe aqua, & diluit corporum sordes ; mysteriumq; Dominici corporis in specie panis & vini tradi-
Act. 2. tum, mysticum animæ signat alimentum: & quod in linguis igneis spiritus sanctus delapsus est, rationem profectò habet ad ea, quæ tunc sunt gesta diuinitus signa. Ignis quippe Deitatem signat; linguæ, magisterij proprietatem. Ita scilicet, illa insuflatio aliquid significabat. Erat enim argumentum euidens diuinæ substantiæ spiritus, quippe nihil omninò corporeum ita diuinum indicat spiritum, sicut flatus humanus. sicut enim illa insufflatio per os ex intimis, corporeisq; visceribus prodit: ita & ipse spiritus sanctus cuius forma cor-

ma corporalis ſpiritus, eſt, ex patre per filium ſubſtantiam habet. Natura quippe diuina dictus eſt ineffabilis ex ineffabili ore manans. Manare autem, vt ſupra monſtratum eſt, in ſubſtantia ſpiritus ſanctus accepit.

S. quoq; Cyrillus ait; *ſicut & vnuſquiſq; noſtrum ſpiritum, qui in ſe ipſo eſt, continet, at q; ex intimis viſceribus ad exteriora profundit: Idcirco deniq; & corporaliter illum inſufflauit, oſtendens; quia ſicut humanus ſpiritus ex humano ore procedit; ita & ex diuina eſſentia, quod ex ipſa eſt, diuine profunditur.* Diuinam eſſentiam, patrem, & filium nominat, quorum paulò ſuperius memoriam diſtrictius fecit. Exquibus etiam conſtat, ex patre, & filio veluti ex vno procedere, ac prodire.

Patet itaq;, quòd qui per inſufflationem factam, non eſſe datum Apoſtolis ſpiritum ſanctum ex patre procedentem, ſed donum aliquod ſine ſubſtantia dicunt; à S.S. Patrum intelligentia diſcrepant, atque anathemati ſubiiciuntur. Sancta enim vniuerſalis quinta ſynodus inquodam capitulo ita poſuit; *ſi quis Theodoro Mopſueſtia Epiſcopo fauet dicenti, alium eſſe Deum verbum, & alium, Chriſtum: at q; cum ceteris innumeris blaſphemijs ſuis dicere audentem, quod poſt reſurrectionem inſufflans in diſcipulos Dominus, & dicens; accipite ſpiritum ſanctum, non dedit eis ſpiritum ſanctum, ſed figuraliter tantùm inſufflauit; his igitur, qui eadem, & his ſimilia vnquam ſenſerint, & vſq; in finem in ea impietate durauerint, anathema ſit.* XXVIII.

Ex his, ſimul oſtenditur, nõ plures ſpiritos ſanctus oportere cõfiteri in Deo, vt quidã fingũt: cùm Apoſtolus quidem

Epheſ 4. dem dixerit; *vnus ſpiritus ſanctus, in quo omnia:* magnuſq; Baſilius ad Amphilochium; *vnus Deus, & pater; vnus, vnigenitus filius; & vnus, ſpiritus S. & ipſe ſingulariter enuntiatus, & per vnum filium patri coniunctus: & per ipſam impimplens venerandam, ac beatiſſimam Trinitatem.* Et rurſus: *via, diuinæ cognitionis ab vno ſpiritu, per vnum filium ad vnum patrem eſt.* Gregorio item Theologo in libro ad Heronem philoſophum dicente: *Definias autem & noſtram religionem, docens vnum quidem noſſe DEVM ingenitum patrem; vnum autem genitum filium; vnum verò ſpiritum ſanctum procedentem ex patre, ſiue prodeuntem:* præfato item B. Anaſtaſio in præfato libro ita docente: *ſpiritum verò S. ſic dici, non alterum inuenies. ſpiritus enim, vt dixi, Deus dicitur, & ſanctus Deus. Ambo verò nomina compoſita ei, qui propriè appellatur ſpiritus ſanctus congruunt: ſicut patris appellatio cauſæ, filij q; illi, qui ſine vllo medio ex cauſa eſt.*

Itaq; licet quidem plures nominare ſpiritus. Alium quidem ſpiritum adoptionis: alium verò ſpiritum dilectionis; ſapientiæ alium; alium fidei, alium timoris Dei: alium conſilij, & fortitudinis, & patientiæ, & continentiæ. quippe operationes ſpiritus, Iſaias ſpiritus vocare conſueuit, ſecundum Theologum Gregorium. Omnia enim operari vnum, eundemq; ſpiritum Apoſtolus ait; quæ etiam operationes vocat, dicens; *Et diuiſiones operationum ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.*

D. quoq; Chryſoſtomus in ſermone de S. ſpiritu, cuius initium eſt; *Heri quidem, ô amatores Chriſti aduentus ſancti, ac venerandi ſpiritus à nobis laudabatur: quia*, inquit, *quod donatur, ſpiritus ſanctus eſt. Vocatur & donum ſpiritus ſanctus à donatore nomen habens. quando verò ſpiritus ſanctus*

dicitur,

dicitur, non aliùm intelligere fas est, quàm eum, qui ex patre propriè, substantialiterq; procedit. Sicut enim filij, & patris nomen substantijs congruit, ita & spiritus sancti appellatio vni personæ Trinitatis competit. Vt enim dictum est: spiritus, & sanctus composita, ei, qui propriè vocatur spiritus sãctus conueniunt.

*Oiahæc elogia Photii inuenies in Baron. & Radero.

Defuncto autem * Rom. Pontifice * ſucceſſor eius

*Nicol. I.
* Hadr. II.

in

Digitized by Google

in Photium æqualiter iratus, eum literis itidem exagitabat. Postea verò quam Ignatius mortuus est, Romanæ quoq; sedi præfuit alius, * Is indignatione contra Photium, ac simultate deposita, Patriarcham appellauit; quo nomine illum prędecessores sui, dignati nunquam fuerant: misitq; omnia, quæ à Romano Episcopo, his, qui nuper instituebantur, mitti erant solita, pallium scilicet, virgam, atq; sandalia. * Tunc & ipse voti compos effectus, pugna aduersus Romanum Pontificem posita, Patrem illum, ac sanctum appellabat; *quemadmodum*, inquiens, *vniuersorum Dominus inclinans cælos visitauit nos; non contentus gloria, quam in cælis apud Angelos habebat, nisi humanam quoq; assumptam naturam ad se adtraheret: ita & communis Pater noster sanctiss. Papa, nos qui longè eramus, affectu paterno visitauit.*

* Ioa. VIII.

* Aliud loquuntur Annales Baronij an. 879. & seqq.

Nulla tunc de adiectione symboli mentio fiebat. Orientalium tamen Episcoporum pars maxima illi reconciliati non sunt; sed, se ab eo obseruantes, patriarcham appellare nolebant. * Orauit ergò Romanum Pontificem, vt, cui Ecclesiarum cura maximè incumberet, mittere iuxta consuetudinem Romanæ Sedis legatos ad vrbem regiam, qui & illum visitarent, & de omnibus vnà decernerent; dissentientesq; Episcopos, & sibi inuicem, & Patriarchæ vnirent. Mittuntur duo; * synodusq; tunc facta est infra septa tẽpli famosissimi diuinæ Sapientiæ insigniti nomine, pro componenda inter se Orientalium contentione. Quam etiam synodum quidam octauam appellant. Photium tunc Patriarcham declarantes, qui Romani Pontificis locum tenebant, pace reddita, monent, de cætero, abstinere scandalis, huicq; veluti Patr.

* Simulatè hæc omnia agit Phot.

* De hac pseudosynodo vide Bar. 879.

* Malè vocatur oct. Vide Rad. prol. in vetam &

omnes intendere, fœderatos caritate indissolubili. Nulla tunc mentio de adiectione facta est. Si ps enim in extremo gestorum synodi ipsius ordine, * de additione dictum putat quod scilicet non oporteat auferre, vel addere; quod etiam quidam ad seducendos simpliciores obtendunt: sciendum est, hoc à quibusdam postea gestis synodalibus appositum; hinc ostendere nitentibus, huiusmodi additionem fuisse prohibitam. hoc autem rationem non habere, perspicuum est.

Primùm quidem, quoniam in gestis huius synodi, * commentariolum quoddam est, eorum, quæ in eo Concilio erant discutienda, expositionem per ordinẽ continens, quod legati synodo proposuerunt: cõmentarium sibià summo Pontifice datum asserentes, vt meminissent, quæ in ea synodo vel dicenda, vel facienda essent essent. * Neq; enim in eo quidquam de additione, vel de symbolo, omninò scriptum est. Et certè id in prima statim fronte ponendum fuit, siue à Romano Pontifice illis de hoc fuisset quidquam imperatum; siue etiam synodus de hoc verba mouisset. Nempe enim, si synodus illa, quam quadringentorum fermè Episcoporum implebat numerus; blasphemam hanc additionẽ putabat, cur non principaliter de illa verba fecit? Ita enim in præcedentibus synodis de fide primo in loco semper agebatur. Cur autem in Deum blasphemantibus conueniebant, ipsiq; de concordia ad inuicem tuenda obtemperabant, vel omninò sub silentio se cõtinebant? quando verò, nihil dixisse comprobantur, cui non perspicuum sit, veram eos illam additionem existimasse? Neq; enim dici potest, illos ignorasse Latinos cum additione symbolum legere, cum id oriens totus

legitimam synodũ l. * parum refert, quid vel de addendo vel demendo in illa syno do fuerit de cretum, quia legitima nõ fuit Vide Baro. 879. & 880.

* cõmentariolũ seu cõmonitoriũ hoc habes apud Bar. Anno 879. N. 47. sed falsatum à Photio.

* Aliquid actũ esse in hac pseudosynodo de illa additione: filioq;, tradunt recẽtiores schismatici græci, qui etiam mẽtiuntur Ioann. VIII. Pontif. cõsensisse, vt illud: filioq; ex symbolo expungeretur. aliquid certè de hac additione

totus iam tunc saltem à B. Maximi temporibus didicerit?

fuisse actę testis est ex

ta sessio illius falsæ synodi, cuius summam recitat Baronius, Anno Christi D C CCLXXIX. Nisi dicere velimus, quod quidam haud temerè tu spicatur, totã hãc synodum fuisse Photij commentum, nunquam nisi in cerebro eius celebratam. Aliter tamen sentit. Caleca, vt vides.

Deinde, vt concedamus, Photium additionem nõ admisisse: rationabile certè non erat, posteaquam à Romano Pontifice Patriarcha confirmatus fuerat, verbum de adiectione mouere: ne, vix tandem voti compos effectus, per illum rursus abrogatus, amitteret omnia. Satis autem erat Legatis* atq; ipsi inprimis Romano Pontifici, subiectione sibi reddita, de cæteris illos rectè sentire arbitrari. Itaq; nihil vltra inquirentes, reliqua suis locis manere permiserunt.

* Circumuenit Photius vafricie sua legatos Sed. Apostolicæ.

Et illud autem indicat adiectum à quibusdam, ꝙ diximus, quod post plurima Imperatorum anni, subscriptionesq; Episcoporum annotatæ sint, & gloria reddita sit Deo, pro Ecclesiæ vnione. Quæ omnia in fine gestorum synodalium scribuntur: * Quod autem de nõ adijciendo, vel auferendo adiectum est seorsim positum, & ab alijs apertè disiunctum, & separatum est. Non igitur suscipiendum est post eorum, quæ inquirebantur, enodationem, post compositas res, post finẽ deniq; Concilij, post illa, quæ in fine synodorum apponi consueuerunt, rursum illos putare de his agere cœpisse, de quibus nulla esset facta mentio. Aut enim principaliter ea res agenda fuit, aut non ita prętereunter, & intempestiuè, & præter locum debitum agenda. Etsi enim à synodo dictum concedamus; nihil tamẽ de huiusmodi quæstione declarat; neq; his aduersatur, quæ dicta sunt. Aut enim, vt dictum est, fidei alterius adiectionem interdicit; rectæq; abolitionem: siue alias,

* Non est de his laborãdũ, quia synodus hæc fuit pseudo synodus. caleca nõ satis bene instructus pseudosynodum pro legitima habuit. Quod multis aliis euenit.

non se Ecclesia hac potestate priuat. Quanquam dicere possumus, hac sententia, si Concilij sit, qua declarat sit, nihil oportere auferri, id præceptum fuisse, ne auferretur. Occidentalium additio, quam accusabant.

IX. Si igitur, vt supra declaratum est, & ante Photium multis ante temporibus, symbolum ab illis cum additione legebatur: ipseq; primus, cum voti non potiretur, additionem discessionis reperit causam, vt passim sibi liceret votis perfrui: compos autem sui desiderij effectus, nullum vltra ea de re verbum mouit, * subiectionemq; debitam per omnia summo Pontifici reddidit, nonne liquet ex omnibus, non additionem, sed superbiam potius, & à nemine velle iudicari, schismatis fuisse causam? Obijt autem Photius, cùm esset Ecclesiarum vnitas, quæ post illum per decé, & septem Patriarchas durauit.

* vulpino more.

Ex quo sanè constat, celebratam sub Photio synodũ symboli additionem veram, & rationabilem existimasse, ipsumq; illum Romanæ Ecclesiæ communionem elegisse, priore abiecta controuersia, quæ illi, vt homini obrepserat.

*Scylax.

Deinde, vt ait prædictus historicus * *Scylex*, Michaël Patriarcha cognomento * Cerulus, alijs rursum emergentibus casibus, quales hominibus sæpe superueniunt, simulq; inuidente pacis aduersario, Romanum Pontificem propter * azyma dyptychis deiecit. Habebat autem fautores patritios duos, & Ecclesiæ corruptiorem, & seditiosiorem partem: additq; aliam viri differentiã, ob quam meritò videntur elegisse seorsim viuere. Quãquam, si additionis causa Rom. Episcopũ dyptychis eiecit,

*Cerular.

*hoc factũ est tempore Leonis IX, circa annũ Christi ML III.

iecit, cur non etiam prius? Si autem propter azyma, ab initio Rom. Eccleſia his ſacrificare conſueuit. Verùm etiam ſi quis diligentius inquirat, aliam deprehendet eſſe ſeparationis cauſam. Iam enim dudum aſſuefacti iugum obedientiæ excutere, locum ſibi dignitatum, & excellentiæ nominum ab initio ſchiſmatis hi, qui præerant, aperuerunt, honeſtate nominum ſacerdotium ſuum ornare contendentes. Alius n. *vniuerſalem Patriarchã* ſe ipſum appellauit, quod ante ſchiſmatis tempora conſuetum non erat. Alius ſe ipsũ *Orbis iudicem conſtituit. Alius *tertius decimus Apoſtolus* vocari concupiuit. Et certè antiquis ſufficiebat Epiſcopos ſe ipſos ſolũmodo vocare. quos hi etiam, qui ſub ipſis erant, imitantes, non perſtiterunt in traditis antiquitùs ab Eccleſia nominib⁹, quandãq; ſibi ſuperbam dignitatem ſinguli excogitantes *ſubſcriptionibus addunt: dum alij ſe *præſeſſores*, alij *duces, præceptores*, alij, alij *primarios* adſcribunt, documentum profectò ingenitæ ſibi, ac penitus inſitæ vanitatis præ ſe ferentes. per quam non ſolũ Romanæ ſedi honorem debitum non reddere; ſed ipſi quoq; ſe præferre cupiebant, prorſuſq; omnibus præeſſe. Vt enim ſibi ipſis indulgentes, reliquos iam licitè increpare viderentur; non adiectionem ſolam; ſed alias quoq; plurimas cauſas inuenerunt.

*Perſtringitur ambitio Græcorum.
*Imo iã tẽpore Greg. magni hũc titulum ſibi arrogare cœperunt.
*hũc titul. adhuc vſurpat Schiſm. Patr. Alex. Meletius.
*Deuanitate in titulis recentiorũ Epiſc. Græciæ, conſule Curopalatam de officiis Aulæ Conſtant.

ad cuius calcem integrum Catalogum inuenies; quo quisq. titulo afficiendus ſit.

Nã, cũ ſemel aduerſus Occiduã Eccleſiã de primatu cõtendere ſtatuiſſet, ipſaq; contẽtio ſenſim in ipſorũ animab⁹ odiũ gigneret, ſuiſq; gratificari volentes, vt qui poſſent gratificantib⁹ regratificari, pni, & faciles, ad maledicta, & crimina fuerũt; * & ille ſapiẽs, ille optimus; ille cunctis præſtare videbatur; qui contra Occiduam Eccleſiam

*Habes hic verã imaginem eorũ.

qui nunc Ecclesiam oppugnãt.

clesiam posset aliquid conuitiorum iaculari. Cùm enim nullus esset, qui corriperet; alius quidem zelum, sed non secundum scientiam habens; alius verò præsumptione consuetudinis inductus; alius, magister ab alijs vocari cupiens, & superbiæ vitio cæcatus; alius vt vel præsentis dignitatis præmia compensaret, vel nouam sibi quæreret; alius, veram quidem opinionem habés, sed tempori indulgens, contraq; ac sentiebat, proferens, cùm aliâs sibi tutò viuere minimè liceret, ac, ne plurimis probro esset, & contumelijs, atq; iniurijs afficeretur, bonisq; suis frui non permissus extra synagogam fieret, per multam licentiam, ac facilitatem, singuli irrationabilia, vel iniqua & scribunt, & dicunt.

Eustratius Nic. Metropolitæ cuius extant commentarii in 2. librũ posteriorũ Analytic. Aristotelis.

Atq; Nicenus quidem Eustratius per filium procedere, quod dicitur, exponens; *Sicut prodit homo per ianuam*, dixit; Dominumq; citauit testem dicentem; Ego sum ianua. Ignorans quia ianua secundũ hominem Dominus etiam secundum nos dictus est. *Vnus enim mediator Dei & hominum est*, vt ait Apostolus: &, *per ipsum accessum habemus:* quia per ipsius diuinitatem, & humanitatem, vno Deo agnito, errore idolorum liberati sumus, virtutisq; viam ad Deum perducentem edocti: ac per voluntatem Dei bonam, & beneplacentem, inimici cum essemus patris, reconciliati ei sumus. hoc deniq;, id, quod sequitur, intelligi vult.

Ioann. 10.

Per me, si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet, Dei contemplationem, cœlorumq; regnum, ad quod aliter ingredi non possumus, nisi per Euangelium, & CHRISTI mysteria.

Metro-

Digitized by Google

Metropolita verò Methonensis arguens: *Si spiritus*, inquit, *sanctus esset ex filio, non super eum baptizatum à cælo lapsus esset*. Ignorans & ipse, quod magnus ait Athanas. quia *ipse ipsum desuper, vt Deus, mittit: & ipse ipsum infra vt homo*. Ex ipso igitur, in ipsum descendit. Ex Deitate eius scilicet in ipsius humanitatem. Nicol. Epi. Methonẽsis in Peloponeso, cuius argumenta cõt. Latinos sol uit Hugo Aetherianus in suo opere aduersus Græcos.

Alij verò, qui subtiliores esse voluerunt; aiunt, *spiritum sanctum non in columbæ specie super Iesum baptizatũ descendisse; sed ipsum illud volatile, columbæ speciem visam sensibilibus oculis in specie, sensibili, quod ad insinuandam dispensationis veritatem indicium sancti spiritus fuit; spiritum sanctum, non ipsius spiritus significatiuum asseuerant*. quia in sensibili specie apparuerit spiritus sanctus, & Chrysostomus super Ioannem attestatur.

Alius verò Patriarcha, *nihil ait esse mirabile, si apud sacras literas, Doctoresq; sacros dicatur filius habere spiritum sanctum: quia hunc & Dei genitrix habuit, & Sanctorum singuli*: Vult iste, quemadmodum Sancti habuerunt, ita & filium Dei habere spiritum sanctum. Ita secundum participationem illum habere spiritum blasphemat.

In disputationibus verò & hoc nonnulli blasphemantes dicunt. *quia impossibile est, ex filio esse spiritum sanctum, quo filius posterior est, Erat enim, quando non erat ex B. Virgine genitus*. Aut enim, vt apertè conijcitur, æternam filij natiuitatem negant, temporalem illi solam attribuentes: aut assumptam conditionem humanitatis in Deitatem translatam arbitrantur: aut eos, qui ex filio spiritum sanctum procedere confitẽtur, putant, ex Christi humanitate procedere, asserere.

* Quidam verò, qui magnus in sapientiæ nomine habitus est, ne, si Apostolus quidem Petrus diceret, et- * vide obstinatã impietatem,

iam ex filio esse spiritum sanctum, se crediturum asseuerauit.

Alius, Occidentales culpans, quia ex filio spiritum sanctum procedere fatentur, * *Augustinis quibusdam infelicibus, profanisq; Hieronymis, ac tenebrosis Ambrosijs nitidit.* Ignorat miser, dum ista loquitur, nostros quoq; Orientalis Ecclesiæ magistros eisdem se criminibus subdere.

*Hoc graphicum est & genuinũ schismatici hæreticiq: supercilium. X.

Qui verò iuniores sunt, etiam ex mortuis id asserere conantur. Ac præter mendacium, quo asserunt, *Lugdunense Concilium Tyrannicum fuisse, ipsius quoque, qui illud conflauit,* * *regis cadauer, integrum, vt aiunt, perdurans, illius animæ iniquitatem annunciare, quia huiusmodi Concilium coëgit, autumant.* Sensibus quippe de fide iudicãt. Quod in cæteris sanctitatis signum arbitrantur, hoc in quibus ipsi volunt, indicium damnationis accipiunt, quasi Deo pro illorum voluntate decernente. Quanquam si defunctorum cadauera minimè dissolui, indicium sanctitatis arbitrantur; quid de Petri, Pauliq; corporibus dicturi sunt, Sanctorumq; plurimorum, quæ dissoluta in frusta, & in puluerem sunt? Si autem dissoluta plurima corpora Sanctorum vident, vnde ea quæ sic passa non sunt, sancta probare poterunt? Quid autem de infidelibus dicturi sunt, & quos ipsi publicis maledictis subdunt: quorum incorrupta cadauera perdurant? Porrò si hæc damnationis arbitrantur signa, quomodo Sanctorum corpora honorant?

*Michael. Palæologi

Sed ista quidem hominum eorum sunt, qui, vt intelligi datur, sensu viuunt, & fidem tactu, coloribusq; dignoscunt. Si autem *ex fructibus eorum dignoscendos*, ait Dominus: fructus autem primus cuiq;, vera, quam

de

de Deo habet, opinio est; & opera, quæ fidei superædificantur: desinant tandem tentare Dominum Deum; atque ex his, quæ sunt materialia, & aliàs aliter secundum tempora, corporum, & locorum, & rerum dispositiones contingunt, earum rerũ, quæ sunt à materia remotæ, documenta capere.

Deinde, non omnis, q̃ sana fide est, iam etiam Sanctus, & beatus est. *Non enim omnis*, inquit, *qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum.* Et, *multi dicent mihi in die illa, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? Et respondebo eis, non noui vos; discedite à me operarij iniquitatis.* Quid ergò mirum, si quis rectam fidem habens, & alijs quoq; ipsius dux effectus; circa verò reliqua corruptus, ac perditus, damnatus est? & æterno supplicio affectus? Num ideo tamen illius fides reprobanda est, & falsa existimanda? aliôqui fidem SOLAM ad salutem sufficere dicemus. Verùm fidem sine operibus esse mortuam audiuimus. At verò, neq; Rex ille, sub quo synodus illa congregata est, ipsius omninò auctor fuit. Nam, sub eo, qui ante illum regnauerat, collecta est, quam iste compos rerum factus, peregit. Indicio etiam nobis sunt Nicephori Blemmydæ monachi, & presbyteri, cuius in omni virtute, & sapientia nomen insigne apud omnes est: duo ad * Theodorum Lascarim Regem libri de spiritu sancto conscripti, quibus indicatur, ex filio, & per filium substantiam habere, à sanctis Patribus traditum.

* Imperare cœpit, an. Chr. 1255.

Addunt præterea, qui ita sentiunt, * *nullum apud Latinos, post schisma signum factum fuisse*: Quod enim

* Hoc quod demi

Quadragesima Primera.

Ad Ephesios. 4.

Fratres mei, confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Propter hoc accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & calceati pedes in præparatione Evangelii pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.

gat propter materiæ ſubiecta, in quibus myſteria traduntur, non idem confitebimur?

Nam, ſi quod dicunt, *aquam durare minimè incorruptam, rem facit ambiguam*; videant, quid inde ſequatur. Vnde enim poterunt Domini corpus firmiter credere, propter eorum accidentia, quæ illic ſubſiſtunt? Non itaq; efficiunt, quod volunt, ſed ſacramentum Euchariſtiæ ambiguum faciunt. Ignorant autem, quia, quæ in Occidentis Eccleſijs aqua benedicitur, nihil magnum pollicetur: ſimpliciter autem eſt aqua benedicta, ſingulis hebdomadis à ſacerdote pro tranſeuntium deuotione, ac fide, vt inde ſe aſpergant, profuſa. Ea verò, quã in die magni Sabbati benedicunt, & conſecrant, aqua pretioſior, ſacro, & tuto in loco poſita, quam nemò paſſim attingit, magnam Eccleſijs commoditatẽ præſtat: neq; ſolùm per anni circulum incorrupta durat, ſed plus etiam durare poſſet, quod experimento didicimus. Ignorant autem, & quod omne, & quod libet ex aqua ſeorſim acceptum, & ſine omni macula commutans etiam quomodolibet, prius in ſe ipſo, deinde, quaſi purgatum, & colatum, in quantum quiſq; voluerit, ſeruatum, incorruptum durat, ſemperq; limpidius fit: quod & ipſum experientia docuit. Argumento autem nobis eſt, & quod in vino, quamuis craſſioris materiæ ſit, itidem contingit. De benedictione aquæ.

DE TONSVRA CRINIVM.

QVIDAM verò etiam crinium tonſuram, non ad conſuetudinem referunt; ornatumq;, & turpitudinem non ex conſuetudine iudicãt. Quod enim alijs honeſtum, quia conſuetum: hoc alijs quoniã XIII.

Græcis esse communes. Item Demetrius Chomatianus in Responsis ad Constantinum Cabasilam Archiepiscopum Dyrrachii *Sanctarum imaginum sunt & Latini cultores, & in suis templis eas erigunt.* Vocat idem Demetrius ex Theophylacto Bulgariæ Archiepiscopo *satanicam sycophantiam.* Si quis dicat, Latinos non colere imagines.

Nullam item defunctorum facere memoriam dicunt: pro quibus apud eos tot orationes, & eleemosynæ fiunt, vt dictu difficile sit, adeo vt infinitis penè monachorum, ac pauperum agminibus sufficiant. Neq; verò solum corpori necessaria ministrant, verum & monasteria ædificant, quorum structura regiam opulentiam vincit.

Alij verò quorundam etiam defectus Occidentali Ecclesiæ applicant; quiq; ab aliquo illorum iniurias accepit, eum, qui se læsit, circa fidē vltus est. Et hîc enim omnis, qui contristat, malæ ptinus opinionis efficitur. Si qui verò Christianorū præuaricantur leges: non eos solū, verū illorum quoq; Ecclesiam hæreticā, & infidelē putant. Nautis n. & vilibus quibusdā, ac vulgaribus hominibus congredientes, de omnibus, vt sibi similibus, sententiam ferunt. Cumq; eos præsumptum odium inimicis animis esse fecerit, quod volunt, id putant esse. Prorsus verò quod non vident, vel videntes propter linguæ varietatem non intelligunt, neq; esse omninò arbitrantur. Sic malis quidem intendunt: quæ autē sunt bona, & honesta, scientes, prudentesq; præterreunt quasi vel ipsi humanā excesserint infirmitatem, aut non plurimi apud eos sint etiam ex honestiorū numero, qui legitima præuaricentē. Hoc n. solū tetigisse satis sit. Imò cū in vita hac bonis mali permisti sint, ac debitū sit errātes ad fidē, Ecclesiāq; reducere: Occidētales p oīa volunt esse perfectos: & si q in eis reprehensibile fuerit, mox hæretici erunt: &, si quis peccauerit, Ecclesia

Mos hæretic. nostri temporis.

Nota hæretic. huius temporis genium.

Ecclesiæ Romanæ Pontifex, quem Christus Dominus Petro
Apostolo suo, & per eum cæteris Apostolis, & Ecclesiæ
Romanæ, ut Ecclesiæ Catholicæ matri & magistræ, in
Beato Petro Apostolo suo, & per eum cæteris Apostolis,
& Ecclesiæ Romanæ, ut Ecclesiæ Catholicæ matri &
magistræ, in Beato Petro Apostolo suo, & per eum cæteris
Apostolis, & Ecclesiæ Romanæ, ut Ecclesiæ Catholicæ
matri & magistræ, in Beato Petro Apostolo suo, & per
eum cæteris Apostolis, & Ecclesiæ Romanæ, ut Ecclesiæ
Catholicæ matri & magistræ, in Beato Petro Apostolo
suo, & per eum cæteris Apostolis, & Ecclesiæ Romanæ,
ut Ecclesiæ Catholicæ matri & magistræ, in Beato

Ad Ecclesiam Dei, quæ est Ecclesia viuentis Dei, columna & firmamentum veritatis. Et sine controuersia magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Et spiritus manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauterium habentium in conscientia sua. Prohibentium nubere, abstinere a cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus & his, qui cognouerunt veritatem: quia omnis creatura Dei bona, & nihil reprobandum quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Hæc proponens fratribus bonus eris minister Christi Iesu, nutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ, cui adhæsisti. Prophanas autem & aniles fabulas deuita. Exercita autem teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est & futuræ. Fidelis sermo & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia speramus in Deo viuo, qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium. Præcipe hæc & doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed forma esto fidelium verbo, conuersatione, charitate, fide, castitate. Dum venio attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii. Hæc meditare, in his esto: vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens & teipsum saluum facies & eos qui te audiunt. Seniorem ne increpaueris: sed obsecra vt patrem: iuuenes vt fratres: anus vt matres: iuuenculas vt sorores, in omni castitate. Viduas honora quæ vere viduæ sunt. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, discat primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem vere vidua est & desolata, speret in Deo & instet obsecrationibus & orationibus nocte ac die. Nam quæ in deliciis est, viuens mortua est. Et hæc commenda vt irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit & est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsecuta est. Iuniores autem viduas deuita. Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul autem & otiosæ discunt circuire domos, non solum otiosæ, sed & verbosæ & curiosæ, loquentes quæ non oportet. Iuniores ergo nubere volo, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædam conuersæ sunt retro post Satanam. Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, & non grauetur Ecclesia, vt his quæ vere viduæ sunt, sufficiat. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura: Non alligabis os bouis trituranti. Et: Dignus operarius mercede sua. Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant. Testificor coram Deo & Christo Iesu & electis Angelis, vt hæc custodias sine præiudicio, nihil declinans ad alterum partem. Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Teipsum castum custodi. Nolo te adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere propter stomachum tuum & frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, quibusdam autem & subsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt. Quicunque sub iugo sunt serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant eos, quia fratres sunt: sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, qui beneficii participes sunt. Hæc doce & exhortare. Si quis aliter docet & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi & ei, qui secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspitiones malæ, conflictationes hominum mentem corruptorum & qui veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. Magnus autem quæstus est pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, certum quod nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt a fide & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem, o homo Dei, hæc fuge. Sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Denuntio tibi coram Deo, qui viuificat omnia, & Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonum confessionem, vt custodias mandatum sine macula, irreprehensibile vsque in aduentum Domini nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens, Rex regum & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem & lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit sed nec videre potest: cui honor & imperium sempiternum. Amen. Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum. Bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. O Timothee depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

Ad Timotheum secunda.

Paulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei secundum promissionem vitæ, quæ est in Christo Iesu, Timotheo charissimo filio. Gratia, misericordia, pax a Deo Patre & Christo Iesu Domino nostro. Gratias ago Deo, cui seruio a progenitoribus meis in conscientia pura, quod sine intermissione habeam memoriam tui in orationibus meis nocte ac die, desiderans videre te, memor lacrymarum tuarum, vt gaudio implear, recordationem accipiens eius quæ in te est fidei non fictæ, quæ habitauit primum in auia tua Loide & matre tua Eunice, certus sum quod in te quoque. Propter quam causam admoneo te vt resuscites gratiam Dei quæ est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis & sobrietatis. Noli ergo erubescere testimonium Domini nostri neque me vinctum eius, sed collabora euangelio secundum virtutem Dei, qui saluos nos fecit & vocauit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora æterna, illuminata autem per aduentum saluatoris nostri Iesu Christi, destruentis quidem mortem, illuminantis autem vitam & immortalitatem per euangelium, in quo positus sum ego prædicator & Apostolus & magister gentium. Propter quam causam & hæc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Formam habe sanorum verborum quæ a me audisti in fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu. Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Scis hoc quoniam auersi sunt me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phygellus & Hermogenes. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit & catenam meam non erubuit, sed cum Romam venisset sollicitus quæsiuit me & inuenit. Det illi Dominus inuenire misericordiam a Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministrauit, melius tu nosti. Tu ergo fili mi confortare in gratia quæ est in Christo Iesu, & quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat cui se probauit. Nam & qui certat in agone non coronatur nisi legitime certauerit. Agricolam oportet qui laborat primum de fructibus percipere. Intellige quæ dico. Dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. Memor esto Iesum Christum resurrexisse a mortuis de semine Dauid secundum euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula quasi malefactor, sed verbum Dei non est alligatum. Propter quod omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu cum gloria cælesti. Fidelis sermo: nam si commortui sumus & conuiuemus: si sustinebimus & conregnabimus: si negabimus & ille negabit nos: si non credimus ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Hæc commone testificans coram Deo non contendere verbis, ad nihil enim vtile est nisi ad subuersionem audientium. Sollicita teipsum probabilem exhibere Deo operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. Deuita autem prophanas vocum nouitates, multum enim proficient ad impietatem & sermo eorum vt cancer serpit. Ex quibus est Hymenæus & Philetus, qui circa veritatem errauerunt dicentes resurrectionem esse iam factam & subuertunt quorundam fidem. Sed firmum fundamentum Dei stat habens signaculum hoc: Cognouit Dominus qui sunt eius: & discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum. Iuuenilia autem desideria fuge. Sectare vero iustitiam, fidem, spem, charitatem, pacem cum his qui inuocant Dominum de corde puro. Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita sciens quia generant lites. Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati, nequando det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem & resipiscant a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Hoc autem scito quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. Ex his enim sunt qui penetrant domos & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis, semper discentes & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iannes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Sed vltra non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones, quales mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii, Lystris, quas persecutiones sustinui & ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu persecutionem patientur. Mali autem homines & seductores proficient in peius errantes & in errorem mittentes. Tu autem permane in his quæ didicisti & credita sunt tibi, sciens a quo didiceris & quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad saluationem per fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Testificor coram Deo & Christo Iesu qui iudicaturus est viuos & mortuos per aduentum ipsius & regnum eius, prædica verbum, insta opportune importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus & a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum implere. Ego enim iam delibor & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi iustitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi sed & his qui diligunt aduentum eius. Festina ad me venire cito. Demas enim me reliquit diligens hoc sæculum & abiit Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam. Lucas est mecum solus. Marcum assumens adduc tecum, est enim mihi vtilis in ministerium. Tychicum autem misi Ephesum. Penulam quam reliqui Troade apud Carpum veniens adfer tecum & libros, maxime membranas. Alexander æramentarius multa mala mihi ostendit, reddet illi Dominus secundum opera eius, quem & tu deuita ualde enim restitit verbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. Dominus autem mihi astitit & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur & audiant omnes gentes & liberatus sum de ore leonis. Liberauit me Dominus ab omni opere malo & saluum faciet in regnum suum cæleste, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. Salutat Priscam & Aquilam & Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi, Trophimum autem reliqui infirmum Mileto. Festina ante hyemem venire. Salutat te Eubulus & Pudens & Linus & Claudia & fratres omnes. Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

Ad Titum.

Paulus seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum Dei & agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est, in spem vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur Deus ante tempora sæculorum, manifestauit autem tempore suo verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundum præceptum saluatoris nostri Dei, Tito dilecto filio secundum communem fidem. Gratia & pax a Deo Patre & Christo Iesu saluatore nostro. Huius rei gratia reliqui te Cretæ vt ea quæ desunt corrigas & constituas per ciuitates presbyteros sicut & ego tibi disposui, si quis est sine crimine, vnius vxoris vir, filios habens fideles non in accusatione luxuriæ aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, vt potens sit & exhortari in doctrina sana & eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi & inobedientes, vaniloqui & seductores maxime qui de circumcisione sunt, quos oportet redargui, qui vniuersas domos subuertunt docentes quæ non oportet turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces malæ bestiæ, ventres pigri. Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa eos dure vt sani sint in fide non intendentes Iudaicis fabulis & mandatis hominum auertentium se a veritate. Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum sed inquinata est eorum & mens & conscientia. Confitentur se nosse Deum factis autem negant cum sint abominati & inobedientes & ad omne opus bonum reprobi. Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam. Senes vt sobrii sint, pudici, prudentes, sani fide, dilectione, patientia. Anus similiter in habitu sanctis mulieribus, non criminatrices, non multo vino seruientes bene docentes, vt prudentiam doceant adolescentulas vt viros suos ament, filios suos ament, prudentes, castas, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis vt non blasphemetur verbum Dei. Iuuenes similiter hortare vt sobrii sint, circa omnia teipsum præbens exemplum bonorum operum, in doctrina integritatem, grauitatem, verbum sanum irreprehensibile, vt is qui ex aduerso est vereatur nihil habens malum dicere de nobis. Seruos dominis suis subditos esse in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, vt doctrinam saluatoris nostri Dei ornent in omnibus. Apparuit enim gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos vt abnegantes impietatem & sæcularia desideria sobrie & iuste & pie viuamus in hoc sæculo, exspectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate & mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum. Hæc loquere & exhortare & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat. Admone illos principibus & potestatibus subditos esse dicto obedire, ad omne opus bonum parati esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Eramus enim & nos aliquando insipientes, increduli, errantes, seruientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius heredes simus secundum spem vitæ æternæ. Fidelis sermo est & de his volo te confirmare, vt curent bonis operibus præesse qui credunt Deo. Hæc sunt bona & vtilia hominibus. Stultas autem quæstiones & genealogias & contentiones & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & vanæ. Hæresim hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est & delinquit, proprio condemnatus iudicio. Cum misero ad te Artemam aut Tychicum festina ad me venire Nicopolim. Ibi enim statui hyemare. Zenam legis peritum & Apollo sollicite præmitte vt nihil illis desit. Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios vt non sint infructuosi. Salutant te qui mecum sunt omnes. Salutate eos qui nos amant in fide. Gratia vobiscum omnibus. Amen.

Ad Philemonem.

Paulus vinctus Christi Iesu & Timotheus frater Philemoni charissimo & cooperatori nostro & Apphiæ sorori charissimæ & Archippo commilitoni nostro & ecclesiæ quæ in domo tua est. Gratia vobis & pax a Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo semper memoriam tui faciens in orationibus meis audiens charitatem tuam & fidem quam habes in Domino Iesu & in omnes sanctos, vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis boni operis quod in nobis est in Christo Iesu. Gaudium enim magnum habui & consolationem in charitate tua quia viscera sanctorum requieuerunt frater per te. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro, cum sis talis Paulus senex nunc autem & vinctus Iesu Christi. Obsecro te pro meo genito quem genui in vinculis Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis, quem remisi. Tu autem illum vt mea viscera suscipe. Quem ego volui mecum detinere vt pro te mihi ministraret in vinculis euangelii, sine consilio autem tuo nihil volui facere vt ne quasi ex necessitate bonum tuum esset sed voluntarium. Forsitan enim propterea discessit ad horam vt æternum illum recipias, iam non vt seruum sed pro seruo charissimum fratrem maxime mihi quanto autem magis tibi & in carne & in Domino. Habes ergo me si participem habes illum sicut me. Si quid autem nocuit tibi aut debet hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu ego reddam vt non dicam tibi quod & teipsum mihi debes. Etiam frater ego te fruar in Domino. Refice viscera mea in Christo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi sciens quoniam & supra quam dico facies. Simul autem & para mihi hospitium. Spero enim quod per orationes vestras donabor vobis. Salutat te Epaphras concarcer meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas adiutores mei. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

Ad Hebræos.

Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit heredem vniuersorum per quem fecit & sæcula, qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius portansque omnia verbo virtutis suæ purgationem peccatorum faciens sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior Angelis effectus quanto differentius præ illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in patrem & ipse erit mihi in filium? Et cum introducit primogenitum in orbem terræ dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos spiritus & ministros suos flammam ignis. Ad filium autem: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi, virga æquitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Et: Tu in principio Domine terram fundasti & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt tu autem permanes & omnes vt vestimentum veterascent & vt amictum inuolues eos & mutabuntur tu autem idem ipse es & anni tui non deficient. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capient saluationis? Propterea abundantius oportet obseruare nos ea quæ audita sunt ne forte pereffluamus. Si enim qui per Angelos dictus factus est sermo firmus & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedem retributionis quomodo nos effugiemus tantam neglegentes saluationem? Quæ cum initium accepisset enarrari per Dominum ab eis qui audierunt in nos confirmata est contestante Deo signis & prodigiis & variis virtutibus & Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Non enim Angelis subiecit Deus orbem terræ futurum de quo loquimur. Alicubi autem testatus est quis dicens: Quid est homo quod memor es eius aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab Angelis gloria & honore coronasti eum & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quod omnia illi subiecit nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autem nondum videmus omnia subiecta. Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum qui paulo minus ab Angelis diminutus est vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum propter quem omnia & per quem omnia qui multos filios in gloriam adduxerat auctorem saluationis eorum per passionem consummare. Nam & qui sanctificat & qui sanctificantur ex vno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres vocare eos dicens: Narrabo nomen tuum fratribus meis in medio ecclesiæ laudabo te. Et rursum: Ego ero fiducialiter credens in eum. Et rursum: Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit Deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini & ipse similiter participatus est eisdem vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium id est diabolum & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant seruituti. Nusquam enim Angelos apprehendit sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari vt misericors fieret & fidelis pontifex ad Deum vt repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus potens est & eis qui tentantur auxiliari. Vnde fratres sanctæ vocationis participes considerate Apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum qui fidelis est ei qui fecit illum sicut & Moyses in tota domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus habitus est quanto amplior honor est domus quam habet fundator eius. Omnis enim domus fundatur ab aliquo qui autem omnia creauit Deus. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tamquam famulus in testimonium eorum quæ dicenda erant in futurum. Christus autem tamquam filius in domo sua quæ domus sumus nos si fiduciam & gloriam spei vsque ad finem firmam retineamus. Propterea sicut dicit Spiritus sanctus: Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto vbi tentauerunt me patres vestri probauerunt & viderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod infensus fui generationi huic & dixi: Semper errant corde ipsi vero non cognouerunt vias meas. Sicut iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam. Videte fratres ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi a Deo viuo. Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies donec hodie cognominatur vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim Christi effecti sumus si tamen initium substantiæ eius firmum vsque ad finem retineamus. Dum dicitur: Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione. Quare enim non obdurauerunt quidam audientes? Nonne omnes qui profecti sunt ab Ægypto per Moysen? Quibus autem infensus est quadraginta annis? Nonne his qui peccauerunt quorum membra prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiem eius nisi his qui increduli non credidit? Et videmus quia non potuerunt introire propter incredulitatem. Timeamus ergo ne forte relicta promissione introeundi in requiem eius quisquam vestrum existimare videatur. Nam & nobis euangelizatum est quemadmodum & illis sed non profuit illis sermo auditus non admixtus credentibus. Ingrediemur enim in requiem qui credidimus sicut dixit: Sicut iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam. Quamuis operibus perfecta sunt a constitutione mundi. Dicit enim alicubi de septimo die: Et requieuit Deus die septimo ab omnibus operibus suis. Et rursum: Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest introire quosdam in illam & hi quibus prius euangelizatum est non introierunt propter incredulitatem iterum definit quendam diem hodie in Dauid dicens post tam longum tempus sicut dictum est: Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Si enim eos Iesus requiem dedisset non de illo loqueretur ad huc alterum diem. Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei. Nam qui introiit in requiem eius & ipse requieuit ab operibus suis sicut a suis Deus. Festinemus ergo introire in illam requiem vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus enim sermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus compagium quoque & medullarum & discretor cogitationum & intentionum cordis & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo. Habentes igitur pontificem magnum qui penetrauit cælos Iesum filium Dei teneamus confessionem. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris temptatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ vt misericordiam consequamur & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Omnis enim pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum vt offerat dona & sacrificia pro peccatis qui condolere possit his qui ignorant & errant quoniam & ipse circumdatus est infirmitate & propter eam debet quemadmodum pro populo ita & pro semetipso offerre pro peccatis. Et nemo sumit sibi honorem sed qui vocatur a Deo tamquam & Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum qui possit illum saluum facere a morte cum clamore valido & lacrymis offerens exauditus pro sua reuerentia quamuis filius esset didicit ex his quæ passus est obedientiam & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa saluti æternæ appellatus a Deo pontifex secundum ordinem Melchisedech. De quo grandis nobis sermo & ininterpretabilis ad dicendum quoniam imbecilles facti estis auribus. Nam cum deberetis magistri esse propter tempus rursum indigetis vt doceamini vos quæ sint elementa exordii sermonum Dei & facti estis quibus lacte opus habeatis non solido. Omnis enim qui lacte vescitur expers est sermonis iustitiæ paruulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. Propter quod dimittentes eum qui in Christo est sermonem ad perfectionem feramur non rursum fundamentum ponentes pœnitentiæ ab operibus mortuis & fidei ad Deum baptismatum doctrinæ & impositionis manuum resurrectionis mortuorum & iudicii æterni. Et hoc faciemus si permiserit Deus. Impossibile enim eos qui semel illuminati sunt gustauerunt etiam donum cæleste & participes facti sunt Spiritus sancti gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum virtutesque futuri sæculi & prolapsi sunt rursus renouari ad pœnitentiam rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei & ostentui habentes. Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem & generans herbam oportunam illis a quibus colitur accipit benedictionem a Deo. Proferens autem spinas & tribulos reproba est & maledicto proxima cuius consummatio in combustionem. Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora & viciniora saluti etsi ita loquimur. Non enim iniustus Deus vt obliuiscatur operis vestri & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius qui ministrastis sanctis & ministratis. Cupimus autem vnumquemque vestrum eandem ostendere sollicitudinem ad expectationem spei vsque in finem vt non segnes efficiamini imitatores autem eorum qui fide & patientia hereditabunt promissiones. Abrahæ enim promittens Deus quoniam neminem habuit maiorem per quem iuraret iurauit per semetipsum dicens: Nisi benedicens benedicam te & multiplicans multiplicabo te. Et sic patiens sustinuit promissionem. Homines enim per maiorem sui iurant & omnium eis controuersiæ finis ad confirmationem iuramentum. In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis heredibus immobilitatem consilii sui interposuit iusiurandum vt per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri Deum fortissimum solatium habeamus qui confugimus tenere propositam spem quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam & incedentem vsque ad interiora velaminis vbi præcursor pro nobis introiit Iesus secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum. Hic enim Melchisedech rex Salem sacerdos Dei summi qui obuiauit Abrahæ regresso a cæde regum & benedixit ei cui & decimas omnium diuisit Abraham primum quidem qui interpretatur rex iustitiæ deinde autem & rex Salem quod est rex pacis. Sine patre sine matre sine genealogia neque initium dierum neque vitæ finem habens assimilatus autem filio Dei manet sacerdos in perpetuum. Videte autem quantus hic cui & decimas dedit Abraham patriarcha de optimis spoliorum. Et quidem qui de filiis Leui sacerdotium accipiunt mandatum habent decimas sumere populi secundum legem id est fratres suos quamuis exierint de lumbis Abrahæ. Qui autem non numerabatur in eis decimauit Abraham & eum qui promissiones habebat benedixit. Sine vlla autem contradictione quod minus est a meliore benedicitur. Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt illic autem testimonium habetur quod viuat. Et vt ita dicam per Abraham & Leui qui decimas accipit decimatus est. Adhuc enim in lumbis patris erat cum obuiauit ei Melchisedech. Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat populo lex enim sub ipso data est quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium sacerdotem surgere & non secundum ordinem Aaron dici? Translato enim sacerdotio necesse est & legis translatio fiat. In quo enim dicuntur hæc alterius tribus participauit cui nemo altari præsto fuit. Manifestum enim quod ex Iuda ortus est Dominus noster in tribu illa nihil de sacerdotibus locutus est Moyses. Et amplius adhuc manifestum est si secundum similitudinem Melchisedech exsurgit alius sacerdos qui non secundum legem mandati carnalis sed secundum virtutem vitæ indissolubilis. Testificatur enim: Quoniam tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem & inutilitatem eius nihil enim ad perfectum adduxit lex introductio autem spei melioris per quam proximamus ad Deum. Quod non sine iureiurando. Alii quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illum: Iurauit Dominus & non pœnitebit eum tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Melioris testamenti factus est sponsor Iesus. Et alii quidem plures sacerdotes facti sunt eo quod morte prohibentur permanere. Hic autem eo quod maneat in æternum sempiternum habet sacerdotium vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum semper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat vt nobis esset pontifex sanctus innocens impollutus segregatus a peccatoribus & excelsior cælis factus qui non habet necessitatem quotidie quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre deinde pro populi nam hoc fecit semel seipsum offerendo. Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes sermo autem iurisiurandi qui post legem est filium in æternum consummatum. Capitulum autem super ea quæ dicuntur hoc est tale habemus pontificem qui sedet in dextera sedis maiestatis in cælis sanctorum minister & tabernaculi veri quod fixit Deus non homo. Omnis enim pontifex ad offerendum munera & hostias constituitur vnde necesse habet & hunc quod offerat aliquid si ergo esset super terram nec esset sacerdos cum essent qui offerunt munera secundum legem qui exemplari & umbræ seruiunt cælestium sicut responsum est Moysi cum consummaturus esset tabernaculum. Vide inquit omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte. Nunc autem melius sortitus est ministerium quanto & melioris testamenti mediator est quod in melioribus promissionibus sanctum est. Si enim illud prius culpam non haberet vtique non secundum ad locum alterius quæreretur. Vituperans enim dicit: Ecce dies venient dicit Dominus & consummabo super domum Israel & super domum Iuda testamentum nouum non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum vt educerem illos de terra Ægypti quia ipsi non permanserunt in testamento meo & ego neglexi eos dicit Dominus. Quoniam hoc testamentum quod disponam domui Israel post dies illos dicit Dominus dando leges meas in mentem eorum & in corde eorum superscribam eas & ero illis in Deum & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit vnusquisque ciuem suum & vnusquisque fratrem suum dicens: Cognosce Dominum quoniam omnes cognoscent me a paruo eorum vsque ad magnum eorum quoniam propitius ero iniquitatibus eorum & peccatorum eorum iam non memorabor. In eo autem quod dicit nouum veterauit prius autem quod antiquatur & senescit prope interitum est. Habebat quidem & prius iustificationes seruitutis & sanctum mundanum. Tabernaculum enim factum est primum in quo erat candelabrum & mensa & propositio panum quæ dicitur sancta. Post velamentum autem secundum tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum habens aureum thuribulum & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro in qua gomor aureus habens manna & virga Aaron quæ fronduerat & tabulæ testamenti desuper autem cherubin gloriæ obumbrantes propitiatorium de quibus non est modo dicendum per singula. Hæc autem cum ita compta sint in secundum quidem tabernaculum semel in anno sacerdotes introibant sine sanguine quem offerunt pro sua & populi ignorantia. Hoc significante Spiritu sancto nondum manifestatam esse sanctorum viam adhuc priore

Præclarum est quidem, ab omnibus semper abstinere ieiunando; atque sarcinam carnis abiiciendo; quis enim id non laudet, quodà S. S. Patribus, vt actiuæ virtutis species non minima, summa diligentia, & cura apprehensum est? Et fortasse dixerit quispiam Occidentales plus, quam nostros ieiunare, si communiter omnibus omnes comparentur. Vt cumque tamen se res habeat, ieiunium, si cum proximi dilectione, & sine disceptatione, & condemnatione non ieiunantium fiat; mercedem habet. Aliter enim Pharisaicæ elationi comparatum, nocet: &, si quem fructum alium habeat, amittit. *si enim distribuero* inquit, *omnem substantiam meam in cibos pauperum; & si tradidero corpus meam ita vt ardeat; charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Addit etiam Apostolus; *Esca nos non commendat DEO.* Et, *qui non comedit, manducantem non spernat.*

1.Cor.13.

Si quis autem manducans non manducantem scandalizat: hoc, illi quidem nihil nocet, maximè, si qua vrgeat necessitas, vel locorum, corporumue dispositio. Infirmis enim legem non esse, Apostolus ait: Et, *qui infirmus est, olus manducet.* Et, mundis munda sunt etiam immunda. Immundis verò omnia *immunda sunt. Inquinata enim est illorum mens, & conscientia.* Eius verò conscientiam infirmam claudicare arguit: quod puerilis est sensus, & eius, qui nec dum Euangelicam perfectionem apprehenderit; in qua mutua dilectione, & spiritali litera subiectis legales obseruationes prohibentur. Et, *non quæ intrant per os, coinquinant hominem, sed quæ egrediuntur ex corde*; odium scilicet, inimicitiæ, & quæ talia: ne sepulcra dealbata videamur plena putredine,

Rom.14.
Tit.1.
Ibid.

Matth.15.

dine, & paropſidem extrinſecus mundantes, interiorem negligamus immunditiam, cæcitatiſque crimen ſubeamus: ſi oculi noſtri trabem non videntes, in fratris oculo feſtucam ſtudioſè inquiramus. quomodo ergò non maximè lęditur, qui amiſſis caritatis bonis huiuſmodi feſtucas inſectatur?

Præterea, in Chriſti doctrina partim ſunt præcepta, vel mandata, partim admonitiones, ſiue conſilia. Præcepta igitur vnuſquiſque fidelium ſeruare, ex neceſſitate requiritur. Aliter quippe mortalibus peccatis ſeſe confodiet. Conſilia verò, ſi quis ſequi eligat, perfectionem apprehendit. *Si vis enim*, inquit *perfectus eſſe, vade, & vende, omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me.* hoc tamen, ſi quis agere noluerit, ſpe fidei minimè excluditur; ſi ſeruet, quæ ſunt ſaluti neceſſaria. Huiuſmodi verò ieiunium non eſt, niſi ſtatutis quibuſdam diebus, vel ſextis feriis omnibus, & quadrageſimę ieiunio, quod ă S. S. Patribus inſtitutum, qui per contemptum violauerit, peccat quidem, non tamen ideo fidei naufragium pertulit. Verúm in id peccatum incidit, quod per pœnitentiam, & confeſſionem, Chriſti cooperante virtute, remiſſione potietur. Matth. 19.

DE IEIVNIO SABBATI.

XVI. De ieiunio Sabbati lege Bellarm. lib. 2. de bonis operib c. 28. Vide etiam Humbertũ contra

SED & iudaizare Occidentis Eccleſiam cauſantur, quorum plurimi per omne Sabbatum carnibus abſtinent, ſiue pro ſepultura, & morte Dñi; ſiue, pro triſtitia, & tribulatione, quam S. mater eius tota die illa habuit, qua Dñs in ſepulcro mortuus ſecundum hominẽ

Michaelem Constantinop. patriarcham & Niceram Pectoratũ Extat liber Humberti Tõ. 6. Antiquæ lect. c. v. Henrici Canisii & ad calcẽ Tom. XI. Baronij.

quieuit. Istud facientes, sicut omni Dominico die resurrectionis eius, & omni sexta feria Crucis, ac mortis illius memoriam agimus. Nempe, ex cuiusq; rei intentione quisq; vel vituperatur, vel laudatur. Porrò intentio prædicta fidei, religionisq; cùm sit, culpari meritò nonpotest. Neq; enim iudaizandi causa hoc facit: imò, ne ipsa quidem res vllam habet Iudaicæ obseruationis similitudinem. Iudæi quippe, in quantum possunt, præparati, otiumq; ab omni opere agentes, tota illa die sabbati & comedunt, & bibunt: Hi autem abstinentes carnibus, castigatius in ea degunt, contrariaque illis facere, deprehenduntur. Non itaq; qui ieiunat, sed qui illorum otium, edacitatemq; imitatur, & *sabbatizare*, & *Iudaizare* dicendus est, Nam *sabbatizare* pro deliciis, & otio, & requie accipitur. si quidem vera canit ille, qui dixit; *in primo ieiuniorum sabbato, sabbatizemus socij, hesternis de laboribus requiescentes.*

Proinde, si quis etiam præceptũ de nõ ieiunando in sabbato manasse putat, id in Oriẽtis partibus, vbi Iudæorum erant gens, & patria: meritò promulgatum crediderimus: quos Apostoli, cùm ad Euangelicam doctrinam vocare cuperent; quia Iudaica natio sabbato maximè gloriabatur, ne scandalum in fide paterentur, Apostoli, vt animorum * prouisores, omnibus omnia effecti, vt omnes, seu plures lucrarentur, permiserunt ita esse, vt antea, & ieiunare vetuerunt: quod religionis ratione nihil eos lædebat, qui illud obseruarent. Neq; enim Apostoli, hos quidem à lege; illos autem ab idolorum cultu reuocassent, si suis illos consuetudinibus omnibus, quæ Euangelicæ prædicationi non obsisterent, reuocare voluissent. Nam, si circumcisionem

* Curatores.

quan-

quandoq; ad tempus permiserunt, virtuti prædicationis* obiectam: *si enim*, inquit, *circumcidamini, Christus vobis nihil prodest:* istudq; ideo fecerunt, vt plures ex Iudæis acquirerent, quos maximè aliis arbitrabantur excellere: Quid de sabbato dicendum est; in quo & ieiunare, & non ieiunare doctrinæ spiritus non aduersatur?

*Oppositâ; Gal. 5.

Non tamen hoc per totum orbem prædicandum fuit remota Iudæorum causa. Non enim de comedendo, vel non, Apostolis ita ratio erat, sicut omnia facere pro incremento Euangelij in ipsis prædicationis initijs; quorum plura tunc permissa, postea permissa non sunt; amota causa, propter quam permissa prius fuerant. sicut & medicus, qui aliâs alia præcipit, causis apparentibus, conuenientia: quo more, Ecclesiam quoque putare possumus necessariò pro temporum qualitate vsam, pro animarum singulari cura. Aliâs quippe nequaquam virtus Christi per Apostolos Ecclesiæ conseruaretur; neq; posset, iuxta emergentes casus, noua disponere.

Non itaq; si quis passionem Domini honorare cupiens, illiusq; mortem, quantum fieri potest, in se ipso complecti, ac propterea carnibus abstinens, omniq; cibo, fuisset ab Apostolis culpatus, imò ad destinatum Euangelicę prædicationis brauium gradiens, mercede, & laudibus dignus habitus esset. Ipsi etiam sunt, qui dicunt; *litera occidit spiritus autem viuificat.*

Prorsus verò, si quid Occidentis Ecclesiis circa hæc fieri aliter videtur, hoc ab initio, à successoribus Apostolorum acceperunt; Liniq;, & Anacleti, & Xysti de hoc decreta proferunt; quæ rationabile simul, & iustum

inualuerit, omnia illos voluntate agere, nihil rationis examine? Si enim cum iudicio procederent, alia fuisset ratio: nunc autem nullus est *intelligens, seu requirens DEVM.* Psalm.

Nam, quando erant, qui vnionis curam haberent; constat profectò, quia, aberat contentio, atque in id ipsum distantia, ac disiuncta remeabant. Enim verò, putare, plurimos, qui prolixo tempore ex nostris fuerunt, schisma satis roborare, ignorantium est; quòd Occidentales plurimos & ipsi proferre possent, non ridenda, & indigna ingerentes, verùm, validissimas, probatissimasq; rationes producentes, & quorum sapientia mundum peragrauit: quanquam & id, quod nullus vnquam apud eos inuentus est, qui nostrorum antecederet opinioni, suisque reluctaretur in ea controuersia, pro qua Orientis, & Occidentis Ecclesiæ inter se digladiantur, validum sanè veritatis illorum atgumentum est.

Quod si quis arbitratur, illorum quemq;, vel suis, vt proprijs, & charioribus fauisse; vel pœna, ac supplicio perterritum, nihil contra loquutum fuisse: primùm quidem, & nostros suæ maximè opinionis tenaces dixerit quispiam conuertens; neq; tamen vnquam defuisse, qui Latinorum Ecclesiæ accederent. Deinde, possibile non est, tanto temporis tractu, fuisse aliquos, qui veritatem pro charitate in DEVM, ac fide, futurisq; præmijs omnibus præferrent: atq; ideo, constanter agerent, sicuti initio alijs aliàs causis pleriq; contra Tyrannos maximam ostendere fiduciam; quorum & nomina, & scripta extant, quemadmodum & alias hære-

cura indagare? Id ſanè virorum eſt, veritatem ſtudioſè ſectantium, nõ vt aliquid dixiſſe videantur, fruſtra, & irrationabiliter loquentium.

Cùm igitur ex noſtris non pauci Romanæ ſemper Eccleſiæ adiecti ſint, ſi quidem aliquis ex ipſis veritate dogmatis, ab eo qui cæcos illuminat, irriadiatus, S. S. doctrina duce, ac prȩcedente, calumniatores per philoſophiam, & rethoricam obtinere, & cohibere non poſſit, hunc fatuum, ac ſimplicem dicunt: &, vt ſeductum, ac deceptum obiurgant. Velutì, ſi cùm à fidelibus omnibus exigatur, vt idonei ſint ad rationem fidei reddendam, paratiq́ue ad ſatisfaciendum omnibus quærentibus; tunc etiam Plato, & Ariſtoteles, & Cicero in lingua eis eſſe debet. Sed enim quorundam iſti ſapientiam, quia ipſis incumbunt ſolis ſummam eſſe dicunt: ad quos imperitos ire admonent, mittuntq́ue, tumida iſta, & inflata diſcituros.

Ceterùm, ſi quis eorum, de quibus culpatur, rationem reddit, ſanctorumq́ue doctrinæ admonet, & quæ obiiciuntur, nihil habere virium oſtendit, ſiue abſurditatum lubricum inſinuat; vt curioſum; & verboſum, conflictuſq́ue amantem, nihilq́ue vtilem exiſtimant: fideiq́ue ſimplicitatem laudant, & piſcatores ingerunt, quaſi ipſi ad piſcatorum gradum peruenerint, illorumq́ue ſapientiam, & ſigna illos ſequentia ſint conſecuti: Non enim ſciunt, piſcatores quidem illos, priuſquam arceſſerentur à Domino fuiſſe. Poſtea verò quam, illius diſcipuli effecti ſunt, illos ipſos piſcatores ſapientiſſimos ab ipſo fuiſſe decla-

ratos. *Benedictus enim Deus* inquit, *qui piscatores sapientissimos ostendit.*

Ethæc dicunt, non si quis in diuinis rebus syllogismis vtatur, Platonisque, & Aristotelis admisceat philosophiam. præclarè enim ageretur, si propter fidei reuerentiam ista, de scripturarum auctoritate docerentur. Nunc autem & ad ipsos fidei terminos, scripturæque, ac sanctorum magisterium impudentes fiunt, cùm scilicet ab illis vrgeantur: neque principio intelligant, quid velint. Huiusmodi autem cauillationibus pro suffugio, & diuerticulo vtantur sepiæ in morem; quæ, vt piscatores effugiat, & lateat, atramentum ante se vomit. Ipsi tamen, cùm aliquid dicere videri volunt, in angulo suos alloquentes, obliuiscuntur quidem regulas, quas alijs ipsi posuerunt, ceu sapientiæ, iactantes fanda, & infanda, & quæ supra diximus, & scribunt, & dicunt.

Atqui, si quidem omnem rationem reiiciendam arbitrantur; quodque præter rationem est, suscipiunt, quid tandem suos istos etiam septem Sapientibus præferunt, quibus conferentes ceteros, ludum esse puerorum dicunt, quibusque omnes cedere volunt? si enim ex illorum sapientia nituntur, plures, atque sapientiores, qui eis aduersantur, fuisse comperient. Profectò enim Occidentalium sapientia excellet. si autem quod sapiens & cum ratione est, & ipsi suscipiunt, atque ideo de scripturis persuadere conantur: nequaquam eos, qui secum disserunt, abijcere debebunt, quos id, quod secundum rationem ex his, quæ concessa sunt, pluribus ex partibus sequitur.

Non

Non enim his licere ſibi vti dicent, aliis verò non itidem licere: quod irrationabiliter diſtribuentium eſt.

Conteſtantur autem & Arium, & eius ſimiles, quotiens eos ratio defecerit, fuiſſe quidem eos ſapientia inſignes, vltra ſanctos omnes, aſſerentes; ſed veluti hæreticos ab Eccleſia eiectos inferentes. nihilque mirum eſt, ſi quis ſapiens cùm ſit, aliud aliquid, præter id, quod ipſi volunt, de fide dicit. Et ipſum enim nihilominus propter ſapientiam fuiſſe damnatum. Hæc autem dicentes, Doctores ambiguos faciunt. Nam, ſi infidelis eſt ſapientia, cauendum nobis eſt, ne ſapientiæ cauſa illis obtemperantes fallamur, & cæci cæcos ſequentes præcipitemur, atque irrationabilitatem rationis normam aſſumentes, per hanc velutì in tenebris cæci oberremus. ſimul autem & contra ſanctos mentiuntur.

Neque enim Arius, & Eunomius, & alij huiuſmodi Baſilio, & Gregorio, & ceteris ſapientiores fuerunt: qui, ſi quidem irrationabiliter perſuadere velint, quis attendere dignetur?

Si autem eos, mente, & ratione præditos, atque cordatos dicunt, & ſe ipſos deſtruunt. Vnde enim ſuis, quos in ſapientia mirantur, fidem habendam propter hanc oſtendere poterunt, ſi cõmuniter arguatur ſapientia? Itaque, non magis contra iſtos, quàm contra alios dicetur, ſi ſapientiæ cauſa contigerit, vt veritate fruſtrentur.

Sed profectò ſapientia per ſe malum non eſt. Non enim virtus, & veritas, & ſapientia conuenirent. Neque, ſi quis ea præter rationem vſus eſt, ipſa

che questa linea AB sia la metà della linea AC, e che la linea AD sia la metà della linea AB, e così la linea DE sia la metà della linea AD, e così di mano in mano, sempre dimezzando, si può dimezzare infinitamente, e sempre ci resterà qualche cosa da dimezzare, e non si può mai arrivare al punto A, che è il principio della linea AC, e così la linea AC è composta di infinite linee, che sempre vanno diminuendo

Qui huiuſmodi eſt, nunquam propter ſapientiam, norma ſapientiæ ſanctorum in diuinis vtens, vt mentiens culpari poterit. aliôquin & illos vt corruptores vnà eiiciemus. Hoc enim ipſum Arium Eccleſia expulit, quod plurima ex his, quæ ſcripturæ auctoritate, & fide conceſſa ſunt, ſubiecta ipſius propoſitione, tollebantur.

Hic autem, vt oſtenſum eſt, nihil huiuſmodi contingit. Qui enim ex ſolo patre procedere dicunt ſpiritum ſanctum, eos omnia, præter ſcripturam, ac ſanctorum rationem, ſequuntur. Qui autem ex vtroque, videlicet ex patre per filium fatentur; eos omnia ſecundum rationem ſequi, comprobatur: cùm neque aliquid ex ſuppoſitis tollatur; neque abſurdum aliquod introducatur. At, ille quidem minimè vel Catholico, vniuerſaliq́ue Concilio credidit; vel ad communem Eccleſiam attendere voluit. Idcircò etiam propriam quandam, prçter communem, viam ire volens, hæreticus fuit. Hic autem, qui Occidentali Eccleſiæ adhæret, præter id, quod omnibus catholicæ Eccleſiæ magiſtris congruit, vniuerſali etiam ſynodo obtemperet; in qua Orientalibus, Occidentalibuſq́; conuenientibus, communi ſententia definitum eſt, communem eſſe ſanctorum omnium opinionem, à patre, & filio procedere ſpiritum ſanctum, Eccleſiamq́; id confiteri, à qua nulla vnquam fallax de fide ſententia manauit.

Sed, ne Baſilio quidem, & Gregorio ceteriſque ſimilibus crederemus, ſapientiæ cauſa, niſi prius ipſi, hæreticis aliis alia dicentibus, huiuſmodi Eccleſiæ vniti eſſent, atque à catholicis ſynodis ab ea congre-

gatis probati fuissent, atque ad illos nos tanquam veritatis magistros, Ecclesia dirigeret. Sed neque sanctos eos putaremus, si contra illam cum alijs reluctarentur.

Eos enim, qui per id temporis illi non obtemperauerunt, siue contradixerunt, execramur. Non itaque solum oportet esse sapientem. Nisi enim adsint cetera, & principaliter Ecclesię dogmata con[illegible]tur, quantumlibet quisque sit sapiens, delirat. Oportet enim Ecclesiam stabilem semper in veritate consistere, idque ex his, quæ illi antè contigerunt, comprobatur; eique operæ precium est obtemperare. Aliter enim incertum esset, quis sapientium vera prosequeretur, nisi id subiiciatur, Ecclesiam semper necessariò veritatem sequi: atque hanc, ambigua omnia discernere, atque definire.

DE AZYMIS.

XVIII. Lege Bell. lib. 4 de Eucharist. c. 7. & seqq. Gennad. pro Concil. Florent. Humber. contra Michaelem & Niceta. Matth. 5. Matth. 3.

PLVRIMI verò de azymis etiam Ecclesiam in ius trahunt, de quibus ne loqui quidem dignum est, ad eos præsertim, qui ignorant Ecclesias ab initio semper se ita habuisse, vt Orientis scilicet Ecclesia fermentatis; Occidentis autem azymis sacrificaret: quodque ad mysterij virtutem vtrumque idem valet: constat enim ex tritici substantia, ex quo solo, subiectum illud accipi necesse est: Saluatorque noster secundum legem omnia faciens; *non veni*, inquit, *legem soluere, sed adimplere*: &, *decet nos implere omnem iustitiam:* oportebat, vt eisdem in legali Pascha vteretur azymis, scilicet iuxta traditionem legis,

legis, quæ ſublatis fermentatis, azyma tum apponebat. Ex quibus profectò in eâdem menſa, myſterium quoq; ſui corporis conficiens tradidiſſe cognoſcitur.

Quod Chyſoſtomus quoque atteſtatur dicens; *in illa cœna omnia eum ſecundũ legem patrauiſſe.* Niſi enim ſecundum legem azymis in cœna illa vſus eſſet, à Iudæis omninò, vt præuaricator legis, inſimulatus eſſet. *Namcum multi falſi teſtes* inquit, *ſurrexiſſent*, cauſam non inuenerunt: maximè cùm & proditor cœnæ illi intereſſet. qui, ſi quid tale fuiſſet admiſſum, Iudæis clam renunciaſſet. Quanquam & Dominus ait: *Deſiderio deſiderani hoc paſcha manducare vobiſcum*; in quo ſcilicet etiam myſterium corporis ſui tradendum erat: prædixitque vbi nam cum diſcipulis oporteret eum paſcha manducare. Matth. 26.

Si autem paſcha legitimum fuit, omninò etiam legitimis in illo cibis vſus eſt. Neque enim, cùm omnia legis impleſſet, eam in Paſcha præuaricari debuit. Commendat hoc & Euangeliſta, cum dicit; *Prima autem die azymorum.*

Prima verò azymorum, ſolennis erat, ac legitimi Paſchæ. Sin verò D. Chryſoſtomus exponens *primam azymorum*, eam, quæ præcedat azyma, dixit; ideo id ait, quia Iudæis conſuetudo erat, à veſpera ſemper initium diei computantibus, à veſpera etiam, ſolennitatem azymorum inchoare. quam enim ipſi noctem, partem præteriti diei computamus, initium diei à ſolis ortu facientes; hanc illi diei ſequentis initium computant. quam ergò nos ante azyma, illi primam azymorum dicunt. Quocirca Euangeliſta

sta quoque secundum consuetudinem, *primam azymorum* appellauit, quam Chrysostomus ante azyma dixit, vesperam insinuare volens, in qua Dominus prima azymorum inchoante, cum discipulis pascha manducauit.

Quod si dictum est; *Et ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed, vt manducarent Pascha*; non ideo putandum est, nondum aduenisse Pascha; sed, quia Iudæis licitum erat, ipsum in quibusdam casibus differre. Sicut enim cum esset prohibitum Iudæis, extra ciuitatem suam Pascha facere, si qui solennitati defuissent, post hanc in ciuitate celebrabant: ita & his, qui in ciuitate erant casibus quibusdam differre licebat; sicutì quidam tunc etiam fecerunt: nequiter quidem; quia morti Iustum iniustè tradentes, arbitrabantur mundos se Pascha secundum legem manducare. Distulerunt tamen, etsi rationabilem causam minimè haberent.

Ridiculum verò & illud est, quod quidam panis nomen, qui Græcè ἄρτος, dicitur ἀπὸτοῦ ἄιρεσθαι, id est, ab eo, quod est attolli: quia propter fermentum turgescit, dictum putantes: Azymum panem, quia fermento careat neque panem appellari volunt. Quasi verò necesse sit linguas omnes, ita quoque panis nomen decriuare.

Latinus enim fortasse, vel Persès à confirmando panis nomen; quia cor hominis confirmat, vel quomodolibet aliter, à proprietatibus ipsam rem sequentibus deducit. Si autem & azyma cor hominis confirmant, & ipsa omninò panis nomine vocanda sunt,

ſtitiſſet, quàm mori. Nam & corporis ad animam connexio, veluti materiæ ad ſpeciem naturalem eſt. Omnibus autem eorum, quæ ſecundum naturã ſunt, ac propriorum, ineſt deſiderium: neq; dirimi quiſpiã à naturalibus vinculis eligeret, niſi poſt diſſolutionem præſtãtioribus ſe fruiturum crederet: defunctoq; dolor ineſſet, niſi ſperatis potiretur.

Cæterum cùm huiuſmodi ſpes firma ſanctis repoſita ſit, neq; in rerum ſubſtantia eſſe poſſit, niſi ſeparetur anima à corpore, naturalem coniunctionem ſancti fugientes, diſſolutionem cupiunt, vt eis deſtructa materia, liceat eorum, quæ crediderunt, ſubſtantiam recipere: donec per ſummam Dei benignitatem naturalis etiam coniunctio diuinius, & excellentius redeat. Atteſtatur autem his, & quod in teſtamentis à Ioſeph patriarcha dictum eſt: *moriuntur peccatores, & deſcendunt in infernum.* Atteſtantur item & quæ diebus ſingulis in Eccleſia canuntur: vt illud; *quoniam in cæleſtibus thalamis glorioſi martyres exorant te Domine.* Et illud: *Martyres inclyti, non terra vos occuluit, ſed cælum ſuſcepit. Apertæ ſunt vobis paradiſi portæ, intuſq; accumbentes, lignum vitæ guſtatis.* Et illud: *Sanctorum chorus vitæ fontem inuenit, & portum paradiſi.* Et illud; *quia nunc adſiſtis Trinitati felix, interpellas pro nobis, qui fide, & affectu memoriam tui veneramur.*

Et vbiq; omninò ſanctos angelis adeſſe, & congaudere, & vnà choreas agere confitemur venerantes, atque vt pro nobis interueniant precamur. quod ꝓfectò non fieret, niſi eſſet communis Eccleſiæ opinio, etiam, ante futuram mortuorum reſurrectionem, Sanctos oés

erit in futura mortuorũ resurrectione. Nã, sẽm corporis partẽ sancti necdũ beati sũt: q a ipsũ necdũ habẽt glorificatum, iuxta rationem beatitudinis animæ. Cùm verò talis vnio erit, tunc vtraq; pars hominis perfecta erit. Hæbr. 11. quod ergò dictum est; *Deo pro nobis melius aliquid prouidente, ne sine nobis perficiantur*; perfectionem significat, quam diximus, quamq; Patribus in spiritu denuntiatam, ante futuram restitutionem non reddidit sine alijs Sanctis, donec Hierusalem illa cœlestis, ex his, qui ante Legem, & in Lege, & in nouo Testamento sunt, impleatur, iuxta magnum consilium Dei, & præcognitionem, ineffabilemq; dispositionem.

Quocirca, neq; putandum est, si modò, qui digni sunt beatitudine: meritis præmijs fruantur, nullam iã fore necessitatem illustris Saluatoris aduentus venturi iudicare mundum. Tunc enim cum aderit mortuorũ resurrectio, singula etiam corpora, iuxta cuiusq; animæ vel splendorem, vel obscuritatem, præmijs æqua proportione perfruentur. Præterea, quoniam cũ corporalibus lineamentis adueniet in gloria, non sicut in priori aduentu in humilitate, necessariò omnes resurgentes in regno cum gloria videbunt eum, quando Sancti quidem satiabuntur cùm apparuerit eis gloria ipsius perfectam iam etiam secundum corpus consecuti beatitudinem. Et contra impios, & infideles in illo clarissimo triumpho vincent, triumphatori procidentibus omnibus. *Omnis enim lingua confitebitur, & omne genu curuabitur*; *cœlestium, terrestrium, & infernorum.* Philipp. 2.

Qui autem Dominum gloriæ crucifixerunt, ob id solummodò illum videre permittentur, vt arguantur: *Videbunt enim, in quem pupugerunt*: quiq; in hoc mundo Ioann. 19.

Sancte Sebastiane martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Quirine martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Nicasi martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Florenti martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Gereon martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Victor martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Mauri martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Georgi martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Adriane martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Cucufate martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Cosma martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Damiane martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Dionysi martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Rustice martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Eleutheri martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Blasi martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Vincenti martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Laurenti martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Stephane martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Cornili martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Cipriane martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Fabiane martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Sixte martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Clemens martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Calixte martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Cornili martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Cipriane martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Fabiane martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Sixte martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Clemens martyr Christi
ora pro nobis.

Sancte Calixte martyr Christi
ora pro nobis.

Porrò, ſi quis confeſſus, prius quam pro peccatis ſatisfaciat; ſiue etiam, ſimul, atq; confeſſus fuerit, pœnitens, in quibus peccauit, ex vita diſcedat, æterna quidem damnatione liberatur per ſacramentum pœnitentiæ, in hoc enim pœnitentiæ remedium indultum eſt: aliter quippe nulla ſalutis ſpes fuiſſet his, qui in fine pœnitent: debitam verò peccatorum ſatisfactionem perſoluet. Quàm enim hîc, ſiue per eleemoſynam, aliam beneficentiam, ſiue per ieiunium, & lacrymas, & huiuſmodi afflictionem ſoluturus erat, iuxta regulas à SS. Patribus poſitas pro ſatisfactione peccatorum. Hanc niſi viuens implere permittatur, poſtquã exierit ex vita, reddet, donec per Dei gratiã, & iuſtitiã, peccati contagiũ ſibi inſitum diluens, mundusq; iã effectus, ac dignus, qui vniatur Deo, non habens maculã, neq; rugam ea beatitudine fruatur, ad quã præparabatur quidem per pœnitentiæ remedium, & ſacramenta cætera ab æterna damnatione per Chriſti gratiam liberatus, accedere autẽ prohibebatur; necdum ſatisfactione debita, ſecundum diuinam iuſtitiam impleta.

Exſtat græcè & latinè liber à Græcis editus contra purgator. quẽ tenebris quam luce dignior em ante aliquot ann. denuo euulgauit Vulcanius Caluiniſta.

Si n. miſericors eſt, ac pius Dominus, iuſtus tamen nihilominus eſt. Neq; ita eſt miſericors, vt eius iuſtitia euacuetur. *Omnia n. in ſtatera, & menſura,* iuxta Iſaiam: * aliterq; inane eſſet vel confitentibus ab Eccleſia pœnitentiam imponi, vel pœnitentes tantæ ſe ipſos tradere afflictioni. Si quidem iniquitatem ſuam, ſemel tantum confitentes, iã ab oĩ reatu liberi eſſent. At conſtat, quia peccatis pœnitentiæ afflictionẽ ingerens, atq; hîc purgationem breuiorem, ac leuiorem quàm debeatur, decernens, talia iniungit. Aliàs n. qui per omnem vitã delicijs, & impudicitiæ dediti, ad ipſum iã finẽ vitæ pœniterent,

* Sap. 11.

terent, nihilo deteriores essent, quàm hi, qui pro similibus peccatis diutissimè in cilicio, & cinere, & lacrymis vsq; ad finem perstiterunt. Nihil præterea conferrent, quæ pro defunctis ab Ecclesia fieri præcipiuntur orationes, & eleemosynæ. Pro his enim, qui iam beatitudine potiti sunt, orantes sacrificia offerre opus nō est. Quæ enim pro Sanctis officia offerimus; non, vt misericordiam consequantur, offerimus; sed, vt honorantes eos, mediatores pro nobis apud Deum, vt naturæ nostræ primitias opponimus. Pro his verò, qui in inferno damnati sunt, nullam Ecclesia orationem facit.

Perspicuum igitur est, neq; pro his, qui beata iam requie potiti sunt: neq; pro his, qui in inferno damnati sunt: orationes, ac talia offerri. Vnde necessariò colligitur, tertium quendam esse locum, vbi huiusmodi purgatione facta, & reliqua satisfactione persoluta, qui sunt eiusmodi omni macula purgati ad beatitudinem transeunt. Simili verò ratione etiam si quis seruatis omnibus mandatis Dei, mortalibusq; culpis liber: paruis verò, & quotidianis, sine quibus vita hominis transigi non potest, obnoxius; hinc, sine pœnitentia, & satisfactione decesserit, in Purgatorij loco integrè, quod omiserat, reddet. Eum enim, qui mortalibus semper abstinuerit, propter minima ista, vt, qui turpissimè, flagitioseq; vixerunt, in inferno damnari, iustus profectò iudex nunquam permitteret. Aliàs enim vita pura nihil à corrupta differret: si, qui sine venialibus culpis esse non possumus (sumus enim homines) æquè propter illa, vt quisq; perditissimus ob scelera grauissima, cruciabimur. Et, quomodo vnicuiq; Dominus

reddet

reddet secundum opera sua. Si tot frustra labores nobis, pro illius implendis iussis assumimus? imò verò, quæ nam est salutis spes, si etiam parua quæq; peccata, quæ velut vmbra homines sequuntur, æquè, vt mortalia damnantur? Nam sine ipsis decedere, illorum est, qui per martyrium consummati, vitamq; angelicam imitati sunt, eorumq;, qui magnam ostenderunt pœnitentiã, vt latro; &, quos diuina gratia præcipuè iustificauit. Roman. 8.

Cæterùm, vt sordidatum vel parua macula, vniri Deo, & perfrui beatitudine, possibile non est: nihil enim diuinæ naturæ profanum appropinquat. Ita, omnibus peccatis expiatum, putare, non admitti ad beatitudinem, cum nihil iam obsistat, irrationabile, simul & iniquum est, scripturæq; sententijs contrarium. Sic isaq; inter beatitudinem, & æternum cruciatum tertius locus relinquitur, in quo huiusmodi peccata purgantur. Eum verò locum ignem esse aiunt; non eum, qui ante faciem Christi *in eius reuelatione*, vt ait Daniel, *præcedit*, & quem *Gehennæ* ignem scriptura vocat. His enim, qui in illum semel merguntur, nulla est emergendi spes: sed ignis alius, quem purgatorium dicunt, quod in eo delicta purgentur, ac velut in fornace, qui in illum mittuntur, emundantur; istudq; ante iudiciũ extremum. Post hoc enim, nullus, qui mundetur, erit, vnoquoq; proprium sibi locum æternè vindicaturo. Solùm enim, ante hoc iudicium quæ pro animabus fiunt, conferre possunt. Sed &, si qui aduentente Domino ad iudicandum mundũ, modò sanari possint, relinquentur: * *Omnes enim non dormiemus, omnes verò immutabimur: & nos, qui viuimus, qui residui sumus,* Daniel. 7. Matth. 10. * Sic legũt Græci. 1. Thess. 4.

simul cum eis rapiemur: Deus, vt qui possit mortis, atque illorum regenerationis omnia in momento persequi; ita & purgationis doloré, qui multo tempore duraſſet, breuiter contrahens, reddet iuxta temporis, doloriſq; rationem, vt oés illius conſpectui aſſiſtant, omni quidé motu, curſuq; quieſcentibus, oibuſq; ſacramentis, ac diſpenſationibus impletis. Idé verò & de corporibus, ſi quem ex his doloré quis obuenire velit ꝓpter conſortium ad animã in hac vita, nihil cogitare prohibet.

Si quis verò huiuſmodi purgationé, in quibus prędictũ eſt, neget, neceſſè eſt, vt confiteaꝫ, vel malũ aliq, relinqui impunitũ, vel, fideliũ Eccleſiã, cũ macula Chriſto coniungendã, vel quæ ꝓ defunctis fiunt, nihil valere. Sed primùm illud quidem, & ſi audax dictum eſt, iniuſtum oſtendit Deum. Si quidem diſſimiliter pœcantes eiſdé pœnis ſubdit: &, q differenter vixerunt eiſdé dignos cenſet, nõ eis, q, iuſtum eſt, in ſtatera, & pondere diſtribuens. Neq; n. ſi clemens, & miſericors aſt, ſumma in Deo illius iuſtitia tollitur. Hoc n. eſt ipſum deſtruere. Et ſcriptura verò vbiq; miſericordiã iudicio coniungit. neq;, ſi indulgens, æterna damnatione confitentes eripit. Iã etiã pœnitentiæ afflictioné, peccatorũq; ſatisfactioné tollit. Ita n. ſolis myſterijs eſſet cœleſti regno perfrui. quanq; & dignè poſſe ſatisfacere, gratiæ eſt. His n. q in Deum peccant, quid ad propitiandum, ſeu ſatisfaciendum poſſet ſufficere? Tñ hominũ infirmitati cõdeſcendens, & magna paruis cõmutans, ſcñ magnã miſericordiã ignoſcit, neq; Eccleſia cõtritioné, & afflictioné pœnitentibus imponente, atq; aliter ad cõmunionem ſacramentorum cum fidelibus non admittente; is, qui

* Sic MS.

Pſal. 7. Heb. 4. *ſcrutatur corda, & renes, & pertingit vſq; ad diuiſionẽ animæ, & ſpiri-*

& ſpiritus; minus diligens, quã illa apparebit; conceſſa, quantum quis, & quomodolibet velit, ſatisfactione pro peccatis. Neq; tamen iuſtum eſſet, ppter leuem maculam arcere à regno. Secundum verò, omninò impoſſibile eſt. *Oportet enim*, inquit, B. Paulus, Eccleſiam vniri Chriſto, *non habentem maculam, neq; rugam*. Atq; vt dictũ eſt, diuinæ munditiæ nihil profanum appropinquat: Gregorio item Theologo dicente; *poſt reſtitutionem ſanctis eſſe beatitudinem ſpeculationem S. Trinitatis, quæ totatoti intelligentiæ miſcetur: quam etiam ſolam*, inquit, *ego regnũ cælorum dico*. quomodo fieri hoc poſſet, ſi qua in anima perduraret immunditia. Ephes. 5.

Tertium autem his, quæ à Chriſti Eccleſia pro animabus fiunt, ſpeiq; fidelium contrarium omninò eſt: hiſq; præterea, quæ à Sanctis in hiſtorijs, ſeu reuelationibus, ſeu ſpeculationibus dicuntur, aduerſatur. Quæ, cum multa ſint, ſola, quæ Damaſcenus in ſermone ſuo pro mortuis dixit ante ieiunium quadrageſimale, memorabimus. *In quo viuentium plurimis reuelatũ*, ait, *quantum vel eleemoſynæ, vel orationes, quæ pro defunctis fiunt, illis conferant; vt q; illi vexationibus, & vinculis, dũ iſta fiunt, dimittuntur*. Nempe & magn. Baſil. in orationibus, quæ in Pentecoſte leguntur, requiẽ ſperat, & orat dormientib⁹ eorum, quibus continentur triſtium. Et oĩs Eccleſia talia pro his orans offert: perſpicuum q; eſt, quia non ſolutionem, ac requiem eorum, qui æternis pœnis cruciantur, orantes petunt. His enim, qui ſemel illis fuerint immerſi, emergendi facultas nulla eſt. Aliàs eos, qui damnati eis ſunt, contriſtari neceſſariò putandum eſt: finé q; fore, infinitis cruciatibus putandum. At, id contra communis fidei poſitionem eſt.

Quoniam verò, neq; pro his, qui sunt in beatitudine; hi quippe optato fine quietissimè fruuntur: neque pro his, quos æternus vrget cruciatus, Ecclesia, talia orat; colligitur, quod dictum est, tertium quendam locum purgationis esse: vbi, qui continentur per summã Dei iustitiam, eiusq; miserationem infinitam, his, quibus continentur, tristibus eripiuntur: & per charitatis opera benignissimus Deus propitius effectus, pœnalé cruciatum breuiori concludens interuallo, ad beatitudinem eos transfert non habentes maculam, vel rugam. Propter hoc enim cura pro mortuis suscipitur agenda.

Huic purgationi B. etiam concinit Paulus dicens; *quale cuiusq; opus est, ignit probat: si cuius opus arserit, detri-*
1. Cor. 3. *mentum patietur, hic autem saluabitur, sic autem, quasi per ignem.* Opera quidem ardentia dicens facilè conflagrantem incendio materiam: quam qui ædificauerũt, penitus ardebunt. Detrimentum enim passa sunt omnia illorum studia, & sine vllo fine torrebuntur. Opera verò, quæ superædificantur, fidei scilicet, & quæ permanent, virtutis dicens opera, qualia iuxta proportionem, sunt aurum, argentum, & precioſi lapides, quæ qui perfecerit, mercedem sumet, salutem scilicet.
Ibidem. Sequitur enim. *Hic autem saluabitur.* Verùm, & ipse cũ dolore, vt scilicet per ignem transiens, purgatusq; à breui sibi inusta macula. Dei enim est, omninò sine peccato esse. De hominibus verò, quantumuis sint mũdi, dictum est, *quoniam in multis offendimus omnes:* &, *ne-*
Iac. 3. *mo mundus à peccato, neq; infans vnius diei.* Dictum est autem & apud Malachiam, *quoniam, sicut ignis in fornace,*
Malach. 3. *& velut herba fullonum, conflabit, & emundabit quosdam.*

Et

Et certè, si Gehennæ ignem hic voluit dicere; quomodo possibile est, vt, qui in eum missus fuerit, salute potiatur? In eo quippe nulla est salutis spes. Constat igitur de igne purgante, & probante, velut aurum in fornace, eos, qui in illum immittuntur, illi sermonem esse. Nam, Gehennę ignis neq; mundabit aliquos, neq; probabit.

Quod si quidam Sanctorum, quòd dictum est, *saluabitur veluti per ignem*; in igne manebit, exposuit, nihil contrarium est. qui enim purgatur, & probatur, quantumlibet in eo, quod se probat, & purgat, necesse est, maneat, vt sordes ponat. Simulq;, quod dictum est, *per ignem*, id, quod dicimus, comprobat. *Per*, enim transitum quendam, motumq; significat. Eum verò, qui semel in Gehennæ ignem iniectus fuerit, manere semper in eo necesse est. 1. Cor. 3.

Attestatur his & D. Chrysost. in IV, super Matt. homilia; *Sancti quidem*, inquit, *per ignium flumen gradientes, nihil triste patientur. imò, inde clariores etiam reddentur.* Sanctos fideles dicit, q sine mortalibus peccatis, sanctè, justèq; vixerunt. hos enim, qui ita viuunt, scriptura *sanctos* vocat. Et quod item dicitur; *si iustus vix saluabitur, peccator vbi parebit?* ad hanc intelligentiam ducit per eum, qui vix saluatur, illum commendans, qui per purgationem salute fruitur. 1. Petr. 4.

Quidam etiam apud nos dictum illud Apostolicũ exponens ait: *In expositione Isaiæ S. Basilius huius dicti mentionem secundò faciens, ipsum pro purgatione suscepit.* In hãc intelligentiam & Nyssenus Gregorius dictum explanauit. Quorum verbornm vim quidam non intelligentes, finem post iudicium vltimum æterni cruciatus

dicere putarunt in ipſam intelligentiam & Occidentalem Eccleſiam: quia purgatorij ignis ante vltimum ſaluatoris aduentum purgationem prædicat? qua ſublata, plurima abſurda ſequi neceſſe eſt: à noſtris culpatur, quaſi poſt iudicium finem cruciatuum fore affirmans. Sed falſum profectò eſt, ita illum ſentire; adeo, vt ſi qui hoc apertè ſentire comprobentur, eos à ſe abſcindat, neq; illos ad communionem ſacramentorum admittat. Idq; perſpicuum eſt, & ex antiquis, & ex iunioribus illius Eccleſiæ Doctoribus, vt ex his, quæ in noſtrã Græcam ſcilicet linguam inde tranſlata ſunt, ſi quis legere voluerit, animaduertet. Sed hæc hactenus.

DE SACERDOTE DIACONI OFFICIVM IMPLENTE.

XXI ET illud item adijciendum eſt, quod, cùm ſit ſine crimine, culpatur tamen à noſtris. Hoc autem eſt, quod in offerendo ſacrificio ſacerdos ſæpe Diaconi explet miniſterium. Improbè ſanè. Ignorant enim, quia is quidem, qui, quod maius eſt, habet, etiam quod minus eſt, eiuſdem generis habet neceſſariò. Non autem è conuerſo. Idque omnia inſpicientibus, conſtabit. Homo enim rationalem habens animam, ſenſibilem quoque, & vegetabilem ſub ea, habet. Neq; tamen, quæ vegetabili anima vtuntur, ſenſibili etiam, & rationali potiuntur. Atq; itidem in alijs, ſiue humana, ſiue diuina inſpicere quis velit. Nempe & Dominus ſecundum hominem primus exiſtens, & maximus ſacerdos, non ideo, quia miniſtri habitum, & miniſterium pedes ablu-

abluendo monſtrauit: ſacerdotij confudit ordinem. Et hic igitur ſacerdos, quoniã inferioris ſacerdotij gradus in ſe ipſo continet: conſtat, quia omnibus, quæ ſub ſe ſunt, legitimè vtetur.

Non tamen illius ordinem Diaconus implere poteſt. Niſi enim eos, qui ſub ipſo ſunt, gradus contineret, profectò neq; vnquam apud ſe omnium ſimul graduũ miniſterium impleret ſacerdos. quoniam verò implet; conſtat, qui illos habens, ſecundum illos etiã miniſtrare poteſt. Eſt enim irrationabile: omnia ſimul quidem facere permittere; diſcretè autem non ita, cùm nihil ſit, quod prohibeat. Atqui à Diaconi ſtola dignitas ſacerdotalis non excluditur. Nón enim ſibi inuicem iſta cõtraria ſunt; vt, cùm alterum ſit, alterum eſſe non poſſit. Neq; ſtola diaconi, cauſa ſacerdotalium graduum exiſtit. Sed horum gratia, etiam ſtolæ differentia habentibus diſtributa eſt.

Quod ſi eos, qui ſub ſe ſunt, in ſe ipſo ſacerdos gradus continent; conſtat, quia, qñ diaconi ſeorſim implet miniſteriũ, licet illi ſtolã etiam illius indui. Aliter autẽ eſſet inconueniens, Pontificem aliquẽ vel exilio, vel alio caſu aliquo affectũ miniſtris abſentibus; qui, illi in oblatione ſalutaris hoſtiæ aſſiſtant, non per ſe ipsũ oĩa implere, ſed, ſine ſacramentorũ participatione diutiſſimè perſiſtere; vel, ſine ipſis etiam decedere; cùm nihil adſit, quod rationabiliter, ac neceſſariò obſiſtat.

Quod n. dicitur, *non oportere presbyterum in Diaconi ordinem venire:* huiuſmodi eſt, ac ſi dicatur: Non expedit, vt ſacerdotij gradum deſerens quiſpiam, ad Diaconi tranſcendat ordinem. quia enim ſacerdotium, oẽs ſub ſe gradus continet, conſtat, in vna perſona, quæ alios

alios contineat, maiore sublato, & alia simul auferri. Sicut, cum rationalis anima separatur à corpore, otiosa reliqua, & inutilia fiunt: & quorundã sacerdotio sublato, non permittitur his, vel Diaconi, vel subdiaconi gradum continere, atq; illius implere ministerium. Sed & aliter, Ecclesia prohibet eos, qui sacerdotij deferunt gradum, minorem quoq; apud se continere. Neq; enim deessent, qui vel propter Canonis facilitatem, vel sibi honorem comparantes, quem solis Diaconis habere licet, siue etiam alijs quibusdam casibus sacerdotium omninò deserere, quasi sacerdotes ab initio consecrati non essent, ac Diaconorum dignitate vti non vellent. Ex quo, ministeria Ecclesiastica confundi, atq; ordine carere contingeret; singulis, quæ sibi gratiora essent, eligentibus. Eam verò licentiam Ecclesia coërcuit.

DE DVOBVS ROMANIS *Pontificibus.*

XXII. ENIM verò, qui dissensionibus gaudent; illud quoq; criminantur; quod nunc Occidétis Ecclesiam duo agunt Pontifices, ambo pergentes, & genera diuisi. Quasi non hoc ipsum eis sæpe contigerit. Quod si ambo Ecclesiasticis non vtebantur, illud omninò in causa est, quod concluſi vndiq; sint, neq; se Ecclesiæ nostræ ita extendat autoritas, hostiliter tamen nihilominus affecti erant. Quanquam verò istud nemo ritè laudauerit; cùm tamé res ita se habeat, circa res tantum Occidentis versatur ista dissensio, Fides autem vtriſq; vna est. quocirca, magis, ac magis veritatis firmitas admiranda est: quòd, cũ illi

fortè loquitur Caleca de schisma tetempore Conc. Basil. vel Constant. tunc enim plures fuê re Pontifices quidé

Digitized by Google

illi extrinsecus diuisi sint; non tamen fides illis discreta est. Propterea propter principatum solummodò differre, longè leuius est, quàm fidei ratione separari. Vtrum enim illorum quisque sibi eligat, nullum fidei discrimen incurrit.

duo, tempore Concilii Basileensis· ex quo de ætate Calecæ coniecturam capere licet. quanquam idem casus accidit, maxime quando Vrbano VI. Clemens VII. est oppositus Antipapa, Anno Christi 1378. Quod schisma quinquaginta ipsos annos tenuit. Hoc tamen non habet locum, si Caleca Concilio Lugdunensi interfuit, vt scribit Galesinius in vita S. Bonauenturæ.

DE DOMINICIS IMAGINIBVS.

QVIDAM verò nostrorum adeò perdita mente sunt, vt etiam Saluatoris imaginem Latinis tantum inscriptam literis, adorare renuant. Ipsam quoque adorationem flexis genibus DEO reddere, hæreticum existimant: neq; Euangelistæ me mores de Domino dicentis; *positis genibus orauit*; neque sacerdotum admonentium populum voce magni Basilij, ac dicentium; *Iterum, atq; iterum curuantes genua Dominum precemur.* XXIII.

DE CRVCIS SIGNO.

CAVSANTVR item; quia dum vitale sibi crucis signum imprimunt, transuersè à dextris inchoando crucem formant, quasi non virtute signi, sed in compositione viuificæ crucis religio, & reuerentia, & speculatio consistat. Atq;, vt intelligi datur, cum prius inquisierint, quomodo ea, quæ videtur, crux composita, vel picta fuit; si quidem, vt ipsi volunt, fuerit, tunc adorabunt; sin verò XXIV. Gretserum lege lib. 4. c. 1. de S. Cruce.

aliter compoſitio illa cœpta fuerit, omittent. Et ſimul, quemadmodum quiſpiam, alium figura crucis ſignans, tranſuerſo à dextris inchoat: quid ſceleris admittit, ſi ſe ipſum etiam ſic ſignet? Quocirca & Latinorum plurimi mirantur aliquos ad tantum ruſticitatis peruenire potuiſſe, vt etiam circa ſanctæ crucis formationem, cùm eadem quomodolibet formetur, contemplario, & virtus ſit; differentiam fidei ſi ſic, vel ſic fiat, arbitrentur. quòd neque differre ipſi putant, & quomodolibet formetur, fidelibus eſſe adiutorium non ambigunt.

DE GRÆCORVM IN SCHI-ſmate ſuo peruicacia.

XXV. ITA igitur Zizaniorum ſeminatores, & ſcandalorum opifices, his, & huiuſmodi, quorum alia quidem odij', & contentionis indicium habent; alia ſimplicitatis, & imperitiæ; alia, in criminatores rectius retorqueri poſſent eis erroribus innexos, quos aliis inurunt, commune corpus Eccleſiæ diuidendo diſſiparunt; atq; in tantum odij, & amentiæ ac temeritatis, eos, qui ſub ſe ſunt, perduxerunt, vt tolerabiliores putent, * qui ſaracenorum ſuperſtitioni execrabili, inſeruiunt, quàm qui Occidentis Eccleſiæ iunguntur: Illorumq; potius amicitiam, & communionem, quàm Occidentalium eligant, & neque Chriſtianos eos nominent, pluresq; etiam de illis ambigant, an nobiſcum venerentur Euangelia; niſi quis plurimorum nugacitate tranſmiſſa, Chriſtianos eos ſimpliciter exiſtimet. Cùmq; quotidie illorum religioni plurimi applicentur: non ſolùm viri, ſed & ciuitates, * & gentes integræ, nihil magnum contigiſſe arbitrantur. Por-

Merito igitur iam iugo Turcico premuntur.

Hoc maximè fit noſtro ſeculo

Porrò, ſiqui Occidentalium Eccleſiam de proceſſione S. ſpiritus rectè ſentire aſſeuerant, omnes vnà conſentientes ſanctos, & Eccleſiæ magiſtros proferẽtes, ſimulq; communes intelligentias, & fidei principia conſonare oſtendentes, hos Ario, & Sabellio deteriores putant; nullamq; de illis iam habendam rationem; vt, qui ſponte in perditionem ierint, exiſtimant. Ita enim animarum gubernatores vocant eos, qui ex patre per filium ſubſtãtiam habere ſpiritum ſanctum confitentur, omnibuſq; cætibus, & omni conſuetudine, cunctiſq; communibus illum exagitant. Et nequiſſimè quidem Occidentalium Eccleſiam blaſphemant, ſacrificiumq; omne, & omne ſacramentum, quod apud illam ſit, execrantur.

in conuerſione Ind. lege de hac re Epiſtolã primam Barlaami Epiſcopi Gyracenſis. Exſtat eius Epiſt. Tõ. 6. Ant. lect. D. Henrici Caniſii.

Quos ſanè miſerari conuenit, ac pro illis orare. quippe cùm Dei op⁹ ſint, qui viuificat mortuos. Neq; n. de q-bus dicũt neq; de quibus affirmant, ſciunt: atq; omninò ſine ſenſu, & ſui, & aliorrum viuunt. Sed & ſi qui propter proximi dilectionem medicamenta eis afferre voluerunt, quę inimiciſſimorum ſunt, eis tentare viſi ſunt, ab illis vndique exagitati, & fugati: Id autem ſolummodò lucrati ſunt, quod caritatem ad proximum, boniq;, & honeſti deſiderium, & alacritatem oſtenderunt.

DE PRIMATV S. PETRI & Romani Pontificis.

XXVI. Lege Gennadiũ pro Conc. Flor. & Bell. lib. de Pont. & Epiſt. 2. Barlaami Gyrac. Ep. Tõ. 6. Ant. lect. D. Cã.

VT igitur ad prima redeamus, quoniam & à patre, & filio ſpiritum ſanctum procedere communis ſanctorum opinio declarat, imò & ipſa fidei principia id verum eſſe conteſtantur,

testantur, easq; rationes, quæ contra hanc opinionem inferuntur, nihil valere, supra ostensum est: &, quæ illis absurda obiiciuntur, qui ex patre, & filio spiritum sanctum confitentur, nulli, nisi illis tantum, qui obijciunt, absurda videri: quodq; de additione obiicebatur, hesternum, ac vile, occasionemq; solam primatum quęrentium esse, demonstratum est; & contra Ecclesiæ regulas contendere volentium: sed &, quas inuenerunt, causas, vt discessio non irrationabilis videretur, ipsæ quoq; contentionis, atq; odij documentum sunt: perspicuè liquet, nullam illis excusationem relinqui, qui de processione sancti spiritus aduersus Romanam Ecclesiam contendere instituerunt. Quocirca, quisq; mente, & ratione præditus, eandem cum illa opinionem de S. spiritus processione tutissimè tueri debet. Et, quam in symbolo vnam, sanctam, & Apostolicam confitemur Ecclesiam, hanc esse, iustissimè asseuerauerit: eumque, qui ita confitetur, catholicam fidem tenere, illa duce, non ambiget.

Fidei Romanæ stabilitas, Et D. Petri prærogatiuæ.

Ad hęc, & illud intuendum, quanta sit Ecclesię magnitudo, quanta rerum moles, vtq; ab ea, nulla vnquam hæretica sententia manarit, quam B. fundauit Petrus; quæ, semper ad omnes fluctus immobilis perstitit: quia, supra petram, id est, super ipsum Dominum fundata erat, siue super B. Petri, firmissimam fidem: quem illi Dominus, cùm corporali præsentia mundum desereret, præfecit, *beatum* illum appellans; *quia non illi caro, & sanguis, sed cælestis pater veram reuelauit fidem.* Inde iam principiis Ecclesiastici principatus iactis, cùm interrogatis discipulis, quem esse homines putarent filium hominis, ceteros præueniens, dixit: *Tu es Christus filius*

Matth. 16.

DEI

DEI viui. Cui reſponſum protinus eſt: *Tu, es Petrus, & ſupra hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Ibid. Rurſumque illi hanc commendans dicebat; *ſi me amas Petre, paſce agnos meos: paſce oues meas.* Et, de quo ait: *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Et; *tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.* Et; quem potuit æqualem ſibi, quando Cæſarianis tributum exigentibus, præcepit Petro hamum in mare dimittere, inueniendumq; in primo, qui occurriſſet piſce, ſtaterem aureum dare exigentibus pro ſe, & Petro. Id autem eſt, volentis illum æquè, ac ſe honorari pro portione debita, illumq; verbum ſuum continere. quia enim à Domino nihil fruſtra dictum, aut factum eſt, neceſſe eſt, & quæ Apoſtolo Petro præcipuè præ ceteris dicta, ſiue facta ſunt; magnum aliquid credere ſignificare. Quid autem maius eſſe poteſt, quod huiuſmodi Eccleſiam ſuam ſub hoc duce gubernari conſtituit, quam, vt ipſe voluit, in Petro ſolidauit, vt adiuncta rebus verba, iſta teſtantur. Si enim vel multis in humanis rebus principantibus, vel nullo, confuſioneque regnante; nihil vel parum conſiſtere poſſet. Matth. 17.

Et certè, cùm in ipſa omnium natura, ſingula per ordinem, quod ſuum eſt, operentur: quo ſublato, mundi totius harmonia ſolueretur: *Ipſe enim*, inquit, *cæleſtia, & terrena continet*; quomodo eſſet poſſibile, cuncta diſponentem ſapientiam, *& à fine vſq; ad finem pertingentem fortiter, ſuauiterq; cuncta diſponentem*, gregem ſuum, Eccleſiam ſuam, quam proprio ſanguine redemit pro qua, omnis ei ratio, & omne myſterium eſt, ſine gubernatione relinquere, per multas quidem tentatio- Sap. 1. Sap. 8.

nes, & quęstiones in pręsenti exercitatam: Ipso verò corporaliter, & sensibiliter hinc migraturo; etsi nunquã
Matth. vlt. ab Ecclesia inuisibiliter abfuit: *Ego enim*, inquit, *vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.*

Nam, etsi post assensum Saluatoris ad cœlos, nihil indigebant Apostoli aliquo, qui secundum Euangelicam doctrinam, ac conuersionem, ac circa dogmatum diligentiam eos informaret: At Ecclesiæ, quas singuli Apostoli ædificauère, & qui illis successerunt, Petro, illiusq; succesforibus indiguerunt semper, & indigent. Quem scilicet ordinem in Apostolis primùm inchoari decuit, sicut etiam contigit. Omnes enim aliâs aliter circa fidem naufragantes, aut, id pati periclitantes, Petrus per succesfores suos, suamque Ecclesiam erexit, atque seruauit: quemadmodum ipsum antea Dominus in
Matth. 8. naui periclitaturum cũ ceteris, ac propterea dicentem; *præceptor, salua nos, perimus*: increpatis ventis exurgens seruauit; quod futuræ vbiq; in nauicula Ecclesiæ perturbationis, hæresibus omnibus illam mergere quærentibus, argumentum erat. Cuius regimine susceptο, Petrus periclitantem seruauit per se ipsum magistro excitato. Neq; enim frustra ei Dominus claues regni credidit; fundamentumq; se positurum dixit, super quo Ec-
Ioan. vlt. clesiam suam ædificaturum repromisit: hancq; pręcipuè *pascere Petro*, si se amaret, imperauit: atq; in tributi solutione hunc pro se ipso respondere voluit.

Enim verò, & quod post resurrectionem dictum est
Marc. 16. *dicite discipulis eius, & Petro*, prę cæteris illum appellantis, atq; honorantis est. Sed & discipulorum primus ingressus est in monumentum, & vidit, & credidit; vt, qui princeps Ecclesiæ relinquebatur, primus in Apostolorũ choro

choro reliquis resurrectionem Christi nunciaret. Nempe enim, & conuenientibus omnibus, primus in concionibus est. Paulus item; *Ascendi*, ait, *Hierosolymam videre Petrum*: velut ad præcipuum quiddam, ad Petrum intendens. Etsi cúm propter circumcisionem quidam scandelizarentur, atque in Euangelij prædicatione circumcisionem inferre molirentur: quoniam quidem Apostoli, circa prædicationis initia, ob varias necessitates, maiorumque dispositiones, vt medici curam animarum gerentes: ille quidem, quia gentium magister erat; non cogebatur aliquos accedentium prædicationi circumcidere: Petrus verò eos, qui ex circumcisione crediderant assumens, vt maiora lucraretur, minora ad tempus contemnebat: ab his, qui illorum intentionis erant nescij, inuicem dissentirè putarentur, cum eo ipso maximè congruerent. Ne enim & in Euangelio circumcisio locum habere videretur: ea, quæ putabatur inter eos differentia, necessariò assumpta est. Quod enim sibi valdè concordes essent, hinc perspicuum est. Non enim solùm Petrus aliquos, verùm & Paulus Timotheum circumcidit, qui Iudæa matre natus erat. Sic enim tunc necessitas flagitabat ad prædicationis dispensationem. Gal. 1.

Verum tamen Paulus Petrum minimè ignorans: *Ascendi*, inquit, *Hierosolymam, videre Petrum*, veluti aliquod sacrorum monilium excellentissimum intuiturus eiq; honorem redditurus, siue etiam Euangelium cum eo collaturus; vt, vel firmaretur, quod rectum erat, vel, suppleretur, quod deerat. Nam, etsi omnis ambitio à choro illo Apostolico erat remotissima; perfecti enim

dicere putarunt in ipſam intelligentiam & Occidentalem Eccleſiam: quia purgatorij ignis ante vltimum ſaluatoris aduentum purgationem prædicat? qua ſublata, plurima abſurda ſequi neceſſe eſt: à noſtris culpatur, quaſi poſt iudicium finem cruciatuum fore affirmans. Sed falſum profectò eſt, ita illum ſentire; adeo, vt ſi qui hoc apertè ſentire comprobentur, eos à ſe abſcindat, neq; illos ad communionem ſacramentorum admittat. Idq; perſpicuum eſt, & ex antiquis, & ex iunioribus illius Eccleſiæ Doctoribus, vt ex his, quæ in noſtrã Græcam ſcilicet linguam inde tranſlata ſunt, ſi quis legere voluerit, animaduertet. Sed hæc hactenus.

DE SACERDOTE DIACONI OFFICIVM IMPLENTE.

XXI ET illud item adijciendum eſt, quod, cùm ſit ſine crimine, culpatur tamen à noſtris. Hoc autem eſt, quod in offerendo ſacrificio ſacerdos ſæpe Diaconi explet miniſterium. Improbè ſanè. Ignorant enim, quia is quidem, qui, quod maius eſt, habet, etiam quod minus eſt, eiuſdem generis habet neceſſariò. Non autem è conuerſo. Idque omnia inſpicientibus, conſtabit. Homo enim rationalem habens animam, ſenſibilem quoque, & vegetabilem ſub ea, habet. Neq; tamen, quæ vegetabili anima vtuntur, ſenſibili etiam, & rationali potiuntur. Atq; itidem in alijs, ſiue humana, ſiue diuina inſpicere quis velit. Nempe & Dominus ſecundum hominem primus exiſtens, & maximus ſacerdos, non ideo, quia miniſtri habitum, & miniſterium pedes ablu-

abluendo monſtrauit: ſacerdotij confudit ordinem. Et hic igitur ſacerdos, quoniã inferioris ſacerdotij gradus in ſe ipſo continet: conſtat, quia omnibus, quæ ſub ſe ſunt, legitimè vtetur.

Non tamen illius ordinem Diaconus implere poteſt. Niſi enim eos, qui ſub ipſo ſunt, gradus contineret, profectò neq; vnquam apud ſe omnium ſimul graduũ miniſterium impleret ſacerdos. quoniam verò implet; conſtat, qui illos habens, ſecundum illos etiã miniſtrare poteſt. Eſt enim irrationabile: omnia ſimul quidem facere permittere; diſcretè autem non ita, cùm nihil ſit, quod prohibeat. Atqui à Diaconi ſtola dignitas ſacerdotalis non excluditur. Nón enim ſibi inuicem iſta cõtraria ſunt; vt, cùm alterum ſit, alterum eſſe non poſſit. Neq; ſtola diaconi, cauſa ſacerdotalium graduum exiſtit. Sed horum gratia, etiam ſtolæ differentia habentibus diſtributa eſt.

Quod ſi eos, qui ſub ſe ſunt, in ſe ipſo ſacerdos gradus continent; conſtat, quia, qñ diaconi ſeorſim implet miniſteriũ, licet illi ſtolã etiam illius indui. Aliter autẽ eſſet inconueniens, Pontificem aliquẽ vel exilio, vel alio caſu aliquo affectũ miniſtris abſentibus; qui, illi in oblatione ſalutaris hoſtiæ aſſiſtant, non per ſe ipſũ oĩa implere, ſed, ſine ſacramentorũ participatione diutiſſimè perſiſtere; vel, ſine ipſis etiam decedere; cùm nihil adſit, quod rationabiliter, ac neceſſariò obſiſtat.

Quod n. dicitur, *non oportere presbyterum in Diaconi ordinem venire:* huiuſmodi eſt, ac ſi dicatur: Non expedit, vt ſacerdotij gradum deſerens quiſpiam, ad Diaconi tranſcendat ordinem. quia enim ſacerdotium, oẽs ſub ſe gradus continet, conſtat, in vna perſona, quæ

alios

alios contineat, maiore sublato, & alia simul auferri. Sicut, cum rationalis anima separatur à corpore, otiosa reliqua, & inutilia fiunt: & quorundã sacerdotio sublato, non permittitur his, vel Diaconi, vel subdiaconi gradum continere, atq; illius implere ministerium. Sed & aliter, Ecclesia prohibet eos, qui sacerdotij deferunt gradum, minorem quoq; apud se continere. Neq; enim deessent, qui vel propter Canonis facilitatem, vel sibi honorem comparantes, quem solis Diaconis habere licet, siue etiam alijs quibusdam casibus sacerdotium omninò deferere, quasi sacerdotes ab initio consecrati non essent, ac Diaconorum dignitate vti non vellent. Ex quo, ministeria Ecclesiastica confundi, atq; ordine carere contingeret; singulis, quæ sibi gratiora essent, eligentibus. Eam verò licentiam Ecclesia coërcuit.

DE DVOBVS ROMANIS *Pontificibus.*

XXII. ENIM verò, qui dissensionibus gaudent; illud quoq; criminantur; quod nunc Occidétis Ecclesiam duo agunt Pontifices, ambo pergentes, & genera diuisi. Quasi non hoc ipsum eis sæpe contigerit. Quod si ambo Ecclesiasticis non vtebantur, illud omninò in causa est, quod concluſi vndiq; sint, neq; se Ecclesiæ nostræ ita extendat autoritas, hostiliter tamen nihilominus affecti erant. Quanquam verò istud nemo ritè laudauerit; cùm tamé res ita se habeat, circa res tantum Occidentis versatur ista dissensio, Fides autem vtriſq; vna est. quocirca, magis, ac magis veritatis firmitas admiranda est: quòd, cũ illa

fortèloquitur Caleca de schisma tetempore Conc. Basil. vel Constant. tunc enim plures fuê re Pontifices eosci quidé

illi extrinsecus diuisi sint; non tamen fides illis discreta est. Propterea propter principatum solummodò differre, longè leuius est, quàm fidei ratione separari. Vtrum enim illorum quisque sibi eligat, nullum fidei discrimen incurrit.

duo, tempore Concilii Basileensis· ex quo de ætate Calecæ coniecturam capere licet· quanquam idem casus accidit, maxime quando Vrbano VI. Clemens VII. est oppositus Antipapa, Anno Christi 1378. Quod schisma quinquaginta ipsos annos tenuit. Hoc tamen non habet locum, si Caleca Concilio Lugdunensi interfuit, vt scribit Galesinius in vita S. Bonauenturæ.

DE DOMINICIS IMAGINIBVS.

QVIDAM verò nostrorum adeò perdita mente sunt, vt etiam Saluatoris imaginem Latinis tantum inscriptam literis, adorare renuant. Ipsam quoque adorationem flexis genibus DEO reddere, hæreticum existimant: neq; Euangelistæ me mores de Domino dicentis; *positis genibus orauit*; neque sacerdotum admonentium populum voce magni Basilij, ac dicentium; *Iterum, atq; iterum curuantes genua Dominum precemur.* XXIII.

DE CRVCIS SIGNO.

CAVSANTVR item; quia dum vitale sibi crucis signum imprimunt, transuersè à dextris inchoando crucem formant, quasi non virtute signi, sed in compositione viuificæ crucis religio, & reuerentia, & speculatio consistat. Atq;, vt intelligi datur, cum prius inquisierint, quomodo ea, quæ videtur, crux composita, vel picta fuit; si quidem, vt ipsi volunt, fuerit, tunc adorabunt; sin verò XXIV. Gretserum lege lib. 4. c. 1. de S. Cruce.

aliter compositio illa cœpta fuerit, omittent. Et simul, quemadmodum quispiam, alium figura crucis signans, transuerso à dextris inchoat: quid sceleris admittit, si se ipsum etiam sic signet? Quocirca & Latinorum plurimi mirantur aliquos ad tantum rusticitatis peruenire potuisse, vt etiam circa sanctæ crucis formationem, cùm eadem quomodolibet formetur, contemplario, & virtus sit; differentiam fidei si sic, vel sic fiat, arbitrentur. quòd neque differre ipsi putant, & quomodolibet formetur, fidelibus esse adiutorium non ambigunt.

DE GRÆCORVM IN SCHI-*smate suo peruicacia.*

XXV. TA igitur Zizaniorum seminatores, & scandalorum opifices, his, & huiusmodi, quorum alia quidem odij, & contentionis indicium habent; alia simplicitatis, & imperitiæ; alia, in criminatores rectius retorqueri possent eis erroribus innexos, quos aliis inurunt, commune corpus Ecclesiæ diuidendo dissiparunt; atq; in tantum odij, & amentiæ ac temeritatis, eos, qui sub se sunt, perduxerunt, vt tolerabiliores putent, * qui saracenorum superstitioni execrabili, inseruiunt, quàm qui Occidentis Ecclesiæ iunguntur: Illorumq; potius amicitiam, & communionem, quàm Occidentalium eligant, & neque Christianos eos nominent, pluresq; etiam de illis ambigant, an nobiscum venerentur Euangelia; nisi quis plurimorum nugacitate transmissa, Christianos eos simpliciter existimet. Cùmq; quotidie illorum religioni plurimi applicentur: non solùm viri, sed & ciuitates, * & gentes integræ, nihil magnum contigisse arbitrantur. Por-

Merito igitur iam iugo Turcico premitur.

Hoc maximè fit nostro seculo

Porrò, siqui Occidentalium Ecclesiam de processione S. spiritus rectè sentire asseuerant, omnes vnà contentientes sanctos, & Ecclesiæ magistros proferétes, simulq; communes intelligentias, & fidei principia consonare ostendentes, hos Ario, & Sabellio deteriores putant; nullamq; de illis iam habendam rationem; vt, qui sponte in perditionem ierint, existimant. Ita enim animarum gubernatores vocant eos, qui ex patre per filium substãtiam habere spiritum sanctum confitentur, omnibusq; cætibus, & omni consuetudine, cunctisq; communibus illum exagitant. Et nequissimè quidem Occidentalium Ecclesiam blasphemant, sacrificiumq; omne, & omne sacramentum, quod apud illam sit, execrantur.

in conuersione Ind. lege de hac re Epistolã primam Barlaami Episcopi Gyracensis. Exstat eius Epist. Tõ. 6. Ant. lect. D. Henrici Canisii.

Quos sanè miserari conuenit, ac pro illis orare. quippe cùm Dei op⁹ sint, qui viuificat mortuos. Neq; n. de q. bus dicũt neq; de quibus affirmant, sciunt: atq; omninò sine sensu, & sui, & aliorum viuunt. Sed & si qui propter proximi dilectionem medicamenta eis afferre voluerunt, quę inimicissimorum sunt, eis tentare visi sunt, ab illis vndique exagitati, & fugati: Id autem solummodò lucrati sunt, quod caritatem ad proximum, boniq;, & honesti desiderium, & alacritatem ostenderunt.

DE PRIMATV S. PETRI & Romani Pontificis.

XXVI. Lege Gennadiũ pro Cone. Flor. & Bell. lib. de Pont. & Epist. 2. Barlaami Gyrac. Ep. Tõ. 6 Ant. lect. D. Cã.

VT igitur ad prima redeamus, quoniam & à patre, & filio spiritum sanctum procedere communis sanctorum opinio declarat, imò & ipsa fidei principia id verum esse contestantur,

teſtantur, eaſq; rationes, quæ contra hanc opinionem inferuntur, nihil valere, ſupra oſtenſum eſt: &, quæ illis abſurda obiiciuntur, qui ex patre, & filio ſpiritum ſanctum confitentur, nulli, niſi illis tantum, qui obijciunt, abſurda videri: quodq; de additione obiicebatur, heſternum, ac vile, occaſionemq; ſolam primatum quęrentium eſſe, demonſtratum eſt; & contra Eccleſiæ regulas contendere volentium: ſed &, quas inuenerunt, cauſas, vt diſceſſio non irrationabilis videretur, ipſæ quoq; contentionis, atq; odij documentum ſunt: perſpicuè liquet, nullam illis excuſationem relinqui, qui de proceſſione ſancti ſpiritus aduerſus Romanam Eccleſiam contendere inſtituerunt. Quocirca, quiſq; mente, & ratione præditus, eandem cum illa opinionem de S. ſpiritus proceſſione tutiſſimè tueri debet. Et, quam in ſymbolo vnam, ſanctam, & Apoſtolicam confitemur Eccleſiam, hanc eſſe, iuſtiſſimè aſſeuerauerit: eumque, qui ita confitetur, catholicam fidem tenere, illa duce, non ambiget.

Fidei Romanæ ſtabilitas, Et D. Petri prærogatiuæ.

Ad hęc, & illud intuendum, quanta ſit Eccleſię magnitudo, quanta rerum moles, vtq; ab ea, nulla vnquam hæretica ſententia manarit, quam B. fundauit Petrus; quæ, ſemper ad omnes fluctus immobilis perſtitit: quia, ſupra petram, id eſt, ſuper ipſum Dominum fundata erat, ſiue ſuper B. Petri, firmiſſimam fidem: quem illi Dominus, cùm corporali præſentia mundum deſereret, præfecit, *beatum* illum appellans; *quia non illi caro, & ſanguis, ſed cæleſtis pater veram reuelauit fidem.* Inde iam principiis Eccleſiaſtici principatus iactis, cùm interrogatis diſcipulis, quem eſſe homines putarent filium hominis, ceteros præueniens, dixit: *Tu es Chriſtus filius*

Matth. 16.

DEI

DEI viui. Cui reſponſum protinus eſt: *Tu, es Petrus, & ſupra hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam.* Rurſumque illi hanc commendans dicebat; *ſi me amas Petre, paſce agnos meos: paſce oues meas.* Et, de quo ait: *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Et; *tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.* Et; quem potuit æqualem ſibi, quando Cæſarianis tributum exigentibus, præcepit Petro hamum in mare dimittere, inueniendumq; in primo, qui occurriſſet piſce, ſtaterem aureum dare exigentibus pro ſe, & Petro. Id autem eſt, volentis illum æquè, ac ſe honorari pro portione debita, illumq; verbum ſuum continere. quia enim à Domino nihil fruſtra dictum, aut factum eſt, neceſſe eſt, & quæ Apoſtolo Petro præcipuè præ ceteris dicta, ſiue facta ſunt; magnum aliquid credere ſignificare. Quid autem maius eſſe poteſt, quod huiuſmodi Eccleſiam ſuam ſub hoc duce gubernari conſtituit, quam, vt ipſe voluit, in Petro ſolidauit, vt adiuncta rebus verba, iſta teſtantur. Si enim vel multis in humanis rebus principantibus, vel nullo, confuſioneque regnante; nihil vel parum conſiſtere poſſet. Ibid. Matth. 17.

Et certè, cùm in ipſa omnium natura, ſingula per ordinem, quod ſuum eſt, operentur: quo ſublato, mundi totius harmonia ſolueretur: *Ipſe enim*, inquit, *cæleſtia, & terrena continet*; quomodo eſſet poſſibile, cuncta diſponentem ſapientiam, *& à fine vſq; ad finem pertingentem fortiter, ſuauiterq; cuncta diſponentem*, gregem ſuum, Eccleſiam ſuam, quam proprio ſanguine redemit pro qua, omnis ei ratio, & omne myſterium eſt, ſine gubernatione relinquere, per multas quidem tentatio- Sap. 1. Sap. 8.

choro reliquis resurrectionem Christi nunciaret. Nempe enim, & conuenientibus omnibus, primus in concionibus est. Paulus item; *Ascendi*, ait, *Hierosolymam videre Petrum*: velut ad præcipuum quiddam, ad Petrum intendens. Etsi cùm propter circumcisionem quidam scandelizarentur, atque in Euangelij prædicatione circumcisionem inferre molirentur: quoniam quidem Apostoli, circa prædicationis initia, ob varias necessitates, maiorumque dispositiones, vt medici curam animarum gerentes: ille quidem, quia gentium magister erat; non cogebatur aliquos accedentium prædicationi circumcidere: Petrus verò eos, qui ex circumcisione crediderant assumens, vt maiora lucraretur, minora ad tempus contemnebat: ab his, qui illorum intentionis erant nescij, inuicem dissentirè putarentur, cum eo ipso maximè congruerent. Ne enim & in Euangelio circumcisio locum habere videretur: ea, quæ putabatur inter eos differentia, necessariò assumpta est. Quod enim sibi valdè concordes essent, hinc perspicuum est. Non enim solùm Petrus aliquos, verùm & Paulus Timotheum circumcidit, qui Iudæa matre natus erat. Sic enim tunc necessitas flagitabat ad prædicationis dispensationem. Gal. 1.

Verum tamen Paulus Petrum minimè ignorans: *Ascendi*, inquit, *Hierosolymam, videre Petrum*, veluti aliquod sacrorum monilium excellentissimum intuiturus eiq; honorem redditurus, siue etiam Euangelium cum eo collaturus; vt, vel firmaretur, quod rectum erat, vel, suppleretur, quod deerat. Nam, etsi omnis ambitio à choro illo Apostolico erat remotissima; perfecti enim

enim erant ſinguli; neq; duce indigebant: tamen, apud illos etiam ordo vt primus bonorum omnium à Domino plantatus fuerat: atq; ad Petrum, veluti ad illius ſucceſſorem, intuebantur omnes. Neq; enim fortuitò res apud illos gerebatur; ſed, velut præſente duce, ab ipſo ſignum expectabant: ac primo concedebant, cùm illic in communi cœtu aliquid dicendum erat, vt liquidò in Actibus apparet. Primus enim inter omnes, pręſentibus alijs, vt ipſius chori princeps concionari deprehenditur, nunc quidem ad Iudæos, nunc autem ad ſodales, cùm ſermo eſſet de ſurrogando proditori ſucceſſore, & eligendo. Oportebat enim, vt futurum in Eccleſia Chriſti ordinem ipſi præfigurarent. vt quemadmodum ceteris duces bonorum omnium fuère, ſic etiam ordinis eſſent. Act. 1.

Atqui, ſi illi, cùm perfecti eſſent, ordinis tamen curam maximam adhibuerunt, neque ſtatutos terminos tranſgreſſi ſunt: quomodo non eos arbitremur per ea, quæ geſſère, poſteris ſuis hunc modis omnibus ſeruandum tradidiſſe? Atque apponebant illi quidem, qui crediderant, pecunias ad pedes Apoſtolorum: Petrus autem eos, qui DEO mentiti fuerant, Ananiam, & Sapphiram, & ſimul reliquos admonens, ac malignari prohibens, dux, & iudex veritatis adſtans, mortis eos ſententia mulctauit.

Scriptum eſt autem & in hiſtoria Clementis, qui poſt Petrum ſucceſſor eius fuit, quod cùm ex hac vita Petrus beatiſſimus migraturus eſſet ad Dominum; Clementem conuocans, ipſi tradidit, quem acceperat à Domino Eccleſiæ principatum, fideleſq;; æqualiter, vt ſibi viuenti, veluti Eccleſiæ principi eatenus intenderant:

rant: ita & ad illum, vt suum, ac dignitatis suæ successorem aspicere præcepit *Hunc enim*, inquit, *vobis pro me relinquo.* Nempe & S. S. Euangelistę in enumeratione Apostolorum, vt chori totius principem Petrum semper præponunt. Et Ecclesia vbique principem Apostolorum appellat: quippe & in hymnis suis Damascenus Petrum, & Paulum laudare volens, alium quidem, vt omnium Apostolorum principem: alium verò, vt qui vltrà ceteros laborarit, laudat. Attestatur & D. Chrysostomus super Matthæum.

DE CONSTANTINO, & Siluestro.

XXVII. Exstat hoc decretum apud Gratianum d. 96. neq; Græcis est ignotum, vt patet ex Commẽtariis Balsamonis in Concilia.

HAEC, neq; Christianorum Reges ignorantes, quorum primus fuit B. Constantinus, Syluestrum tunc Romanæ Ecclesiæ gubernacula regentem, communi decreto vbique per orbem promulgato, *Petri*, & *Christi successorem* appellat; *pastoremq; primum & magistrum Ecclesiæ* totius vocat: liquidoq; comprobat, se quam inter Christianos inuenerat consuetudinem hoc decreto roborasse. Neque enim nuper ex gentilium errore conuersum ad Christum, noui aliquid in Ecclesia moliri voluisse putandus est; eiq́ue Romam ob cathedram B. Petri dereliquit: indignum existimans, vt ait ipse, *vbi sedes sanctissimi mei Petri Apostoli; vicarij Domini, & regis nostri IESV Christi fundata est, Ecclesiæq; ipsius principatus; illic etiam terreni imperij sedem statui. sed hanc quidem B. Petro, eiusque successoribus deputamus; nos autem quæremus regni sedem alio in loco*, Byzantio scilicet, *ædificare*: Et quæ alia

adiecit, & de conuerſione ſua narrans, & de dignitate ſucceſſorum B. Petri edicta proponens, ſeruandaque poſteris tradens; erga quam niſi ſucceſſores imperij parem reuerentiam ſeruent *ſtatuendos cum crucifixoribus Domini noſtri IESV Chriſti, beatorumq; Apoſtolorum Petri, & Pauli incurſuros indignationem* indicat.

Præter cætera enim rurſus & hoc ait: *Ordinem ſtratoris nos B. Sylueſteo Papæ ſucceſſori Beatiſſimi mei Petri Apoſtoli Vicarij Chriſti impleuimus.*

Hæc & hi, qui poſtea fuêre Chriſtianorum reges agnoſcentes, atque in his manere coacti, ſi quidem hæretici fuiſſent, Romani Epiſcopi ſententiam, in quibus poterant, ſecum habere modis omnibus moliebantur, dignitatem eius probè ſcientes, vtque ſufficeret ad omnia ſententia illius: Turpe enim ſimul, atque audax videbatur, Chriſti cùm eſſent, imprudenter agere; niſi quis fortaſſis ad omnes leges rebellare inſtituiſſet. Sin verò pij, ac religioſi eſſent, de his, quæ quomodolibet eſſent ambigua, eius expectabant iudicium, vt, cùm illud haberetur, aliis alia dicentibus, nullus vltra amplius inquirere permitteretur.

In ſynodis verò ipſe omnium princeps præſidebat; &, vel per eum, vel per alios, qui vice ſua fungerentur, recta fides roboratur: ſine quo aduerſus hæreticos obſiſti nequibat; atque non ſolum non congregare ſynodum, ſed neque contra aduerſarios dimicando præualere, ſine illius auctoritate quiſpiam poterat. Atteſtantur his partim hi, qui per id temporis deliteſcebant; neque vocem liberam pro fide emit-

emittere audebant, etsi ipsi optimè sentirent: partim & magnus Basilius epistolis suis Occidentales excitans: atque fidei veritate perclitante, vt opem ferant, obsecrans, nisi prouideant, id passuram asseuerans, quasi non sufficientibus, qui apud Orientales reliquierant, orthodoxis; aut non audentibus bellum ad destructionem blasphemantium arripere.

Sed & Theologus Gregorius, in epitaphio sermone quem in eum scripsit, hoc ipsum testatur, dicens; *Aderant & Occidentalium Episcoporum aliqui ad se attrahentes orthodoxos omnes.* Et si enim semper inter hæreses aliqui vera de fide sentientes, reliqui erant, veluti quædam scintilla veritatis: Verùm, non tantùm habebant roboris, vt vel synodum cogere, aliasque obsistere auderent, cùm ipsi minima pars essent, ac sæpius occulerentur. Aut, si coegissent, robur ea synodus non habuisset. Nulla enim synodus, non præsente, vel non consentiente Romano Episcopo, vel robur habebat, vel catholica credebatur. Vt enim beatus Stephanus iunior insinuauit; sine eo, res Ecclesiastica tractari, dirigique non poterat: Iconomachorumque synodum, Romano Pontifice non approbante, catholicam appellare renuit.

Hæc autem non Romanæ vrbis gratia, illi dignitas, contigit: sed quia successor B. Petri fuit. Eum verò Dominus pro se Ecclesiæ præfecit, atq; propter eximiam præficientis gloriam, successor eius, & ea, quam per successionem cepit Ecclesia, vbicunq; terrarum, vel vrbium esset ædificata, idem profectò valeret

in omnibus Ecclesiæ negotiis. sin verò eam, qua sub cœlo nulla esset maior, ciuitatem oportuit præcipuè ad sedem eligi magnitudini Ecclesiæ Christi congruentem: vt, sicut humanarum illic rerum omnium imperium fuit; ita illic etiam caput Ecclesiæ Christi, fidei per totum orbem edicta promulgaret. atque vnde idololatriæ præcepta manauerant, inde Ecclesiastici principatus vbique terrarum edicta innotescerent: ac facilius vnico sub principatu, vbiq; prædicatio diffunderetur. idcircò etiam Romam in tantum creuisse, quantum in humanis rebus dici potuit, vt rerum dignitati æqua esset proportio, & vndique nobilitas, & magnificentia fidei Christianæ colligeretur: Id quoque eius est, qui contraria, ex contrariis virtutis magnitudine conficit, & fundamenta iacit: atq; his, quæ proposita sunt, optimè quadrat.

Prædicta verò, etiam rebus roborantur. Nam *portas inferi* sancti esse hæreticos dicunt, & omnes omninò qui illi aduersantur; quos Ecclesiæ non prouali-
Matth. 16. turos in petri Petra fundatæ, prædixit Dominus. Constat autem, quod aliis quidem Ecclesijs, quas Apostoli ædificauerunt, hi, qui varias, & aliis temporibus alias inuexeêre hæreses, præualuerunt. Etsi enim non vsque quaque malitia obtinuit, in quantum tamen obtinuit, prævaluit. Romanæ autem Ecclesiæ, quam Petrus solidauit, nullus omnino vnquam præualuit. Neque enim hoc quæritur, an aliquis ei præfuerit, qui contrarium aliquid catholicæ fidei pronunciauerit. quanquam & si quid contigisset eiusmodi, protinus Ecclesiæ sententia deiectus, Petri sede simul, & dignitate excidisset. Neque enim vltra esset Romanus Episcopus,

neq;

neque Christi, Petriq́ue vicarius; aliusq́ue dignus Apostolicæ sedi subrogatus esset, Ecclesiæq́ue status idem perseuerasset, nemine illi prævalente: neque vel parum patre illa, vel pastore destituta (esset). Vt inde quoque vera Domini sententia probetur: *Ego vobiscum sum*, inquiens *omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi*: cùm necesse sit, ne nunc quidem infidelium prædictam sententiam excedere, vt & alia simul vera esse credantur, & consona per omnia sibi inuicem, & cohærentia appareant. Nempe enim & B. Maximus in disputationibus aduersus Phyrrhum, Honorium, quem aliqui vt hereticum, Romanum tamen Episcopum, causabantur, purgat: cùm hæreticus Pyrrhus Constantinopolitanam tunc Ecclesiam regeret, & ad munimen erroris sui Honorium proferret: Et verò iste respondit; *Honorium pietatem colere, sibiq́; ipsi, in his, quæ dixit, illius sensum congruere simulq́; ipsi, & illius verba Pyrrho proposuit, quosdam asserens, illius sensum ignorantes siue etiam calumniantes, falsam de illa dissemina sse famam.*

Matth. 28.

Exstat hæc disputatio S. Maximi in fine octaui Tomi Baronii. de Honorio lege Bellar. lib. de Pontif cap. 11.

Veram autem fuisse excusationem, hinc liquet. præterid enim, quòd nullus facilè crederet, sanctum Maximum mentiri posse, idq́ue cùm plurimùm temporis Romæ tunc fuerit, pro Ecclesiasticis negotiis, &, neque impiè sentiente Honorio, rectè sensisset Ecclesia; sed, vel cum illo ipsa falsa; vel, cum ipsa ille vera sentiret: Id profectò verum esse cernitur; & ex his, quæ D. Maximus illum excusans dixit, cumqua & ipse stans aduersus Pyrrhum, Constantinopolitanamq́ue Ecclesiam pro pietate pugnabat. Et ex eo etiam, quod nil tale blasphemum de illa per id temporis historia tradidit.

Non ergò illud inquiritur: an aliquis ipſi præfectus contra Catholicam fidem vnquam aliquid protulerit, quippe, ſi quis talis eſſet, Romanus Epiſcopus non eſſet. huiuſmodi enim ſemper vera proſequi neceſſe eſt; ſedemque illam nunquam patre priuari, qui inde de dogmatibus vera decernat. quamuis ne ſic quidem tale aliquid contigit. Sed an aliquid vnquam ab Eccleſia Romana tale prolatum ſit, & vel ad modicum ei præualuerit, quod nunc anathemati communiter ſubiectum ſit; ſicut ſæpe in alijs Eccleſijs contigit, quæritur: Hoc autem nemo vlla ratione monſtrare poteſt.

Si igitur aliis quidem Eccleſiis portæ inferi præualuerunt ſiue parum, ſiue amplius, nihil refert. Et certè, cùm quarundam ruinam vltra quinquaginta annos duraſſe oſtendi poſſit, id ſolùm ſufficit, illarum ſententias ab omni Eccleſia anathemati traditas fuiſſe. contra quas ſententias etiam Martyrum fuſus eſt ſanguis. Romanæ verò Eccleſiæ, nihil vnquam tale præualuit: conſtat, Saluatoris ſententiam in ipſa tantum veram eſſe: &, hanc Eccleſiam eſſe, de qua Dominus dixit; *Ædificabo Eccleſiam meam.* Et, quam aliàs *conuerſum Petrum* confirmare præcepit. Alias verò ſuper hanc fundatas eſſe, & conſiſtere confeſſionem, & ſequentes quidem, vt partes, & membra ſalubritatem ſimul habere, atque robur: quando & plurimas vnam exiſtimare conuenit: Deuiantes autem à capite, & corpore præcidi; & neque ſibi, neque aliis eſſe iam vtiles.

Matth 16. Luc. 22.

Vnde & Dominus monuit *in vite perſiſtere*, ſeipſum *vitem* dicens, & per *vitem* Eccleſiam deſignans:

Ioan 15.

pal-

palmites verò fideles nominans, qui per confessionem illius, & bonam conuersationem fructum ferrent. Quibus profectò verbis summa Ecclesiævnio insinuatur, vt fructum in vite manentes ferant, & nusquam corporis integritate deuiante à capite, membra omnia viuificentur, *virumq; perfectum in mensuram ætatis plenitudinis* Christi Ecclesia coaugeatur: non è contrario, vel abscissa, mortua fiant, vel ex vite proiecta, igni inextinguibili consumenda damnentur. Ephes. 4.

Atque vnitas quidem Ecclesias Psalmista ait, *benedicere Dominum*: non enim de singulis magis, quàm de Ecclesijs dicendum, quæ ex partibus collectæ sunt: Discissas verò, & in opiniones contrarias diuisas, siue aduersus Ecclesiam, cui nemo præualuit, reluctantes, vt prioribus temporibus sæpius contigit, *scissa Ecclesiæ membra* magnus Basilius vocat, Psalmi dictum exponens, falsasque synagogas eas appellat. quanquam & consequentia summa per omnia Ecclesię Petri adest: Ait enim ad illum Dominus; *pasce agnos meos, pasce oues meas.* Hoc, Ecclesię Romana ad reliquas facere perstitit: alijsque in opiniones contrarias & solitudines, & prærupta, & præcipitia oberrantibus, ipsa, eas ad vnum pastorem, & vnum ouile reduxit: noxijs quidem, mortiferisque graminibus eruens: salubria verò, & læta ingerens, imò & aduersus sæuientes lupos, mammonæ scilicet, ac Cæsaris, ouesque vastare molientes, pro CHRISTO, proque eius fide ante gregem stans pugnauit: atque omni omninò inquirenti rationem semper reddidit de ea, quæ in nobis est spe; vt ipse B. Petrus admonuit. Et, quod Dominus secundum hominem orauit dicens: Simon, Psal. 67. in Ecclesiis benedicite Deo Domino de fontibus Israel. Ioan. 21. 1. Pet. 3.

roga-

rogaui pro te, vt non deficiat fides tua; & hoc, in Petri ſucceſſoribus ſeruatum eſt, cuius fides in ipſis nunquam defecit. Oportebat enim orationem illam ipſis rebus non poſſe decidere: *Ego enim*, inquit, *ſciebam, quia ſemper me audis*, & aliquos ſemper in terra, in illius ve-
Ioan. 17. ritate ſeruari, pro quibus oratio illa fuſa: *ſerua eos in veritate, pater ſancte, vt ſint vnum* & quæ illic addita ſunt: Vndiſque, & ventis aliis aliâs contra Saluatoris ædificium te erigentibus, electos illos infractos præcipuè in petra ſtare: &, qui alios ſeruaturi erant, tempeſtate, vndiſq; iactatos, infirmoſq; curaturi; ipſos illos primùm in tuta crepidine ſolidari, ſemperq; ſanos, & inuiolatos eſſe.

Quod in Petro, eiuſque ſucceſſoribus, eiuſque omninò Eccleſia concurrit. Nam cum Apoſtolicorum ſucceſſorum nemo fuerit, quem Satanas non cribrarit vt triticum, Zizania ſua ſubſeminans; Petrus, nunquam in ſuis ſucceſſoribus defuit; ſed etiam per hos, deficientes quoq; alios, iuxta edictum, confirmauit.

Neque enim ſolùm de reſurrectione Saluatoris, ſi quis ad hoc id verbum trahat, dictum putare debemus, quod Petrus conuerſus fratres confirmare debeat, quos multis modis ipſe per ſe ipſum de illa roborauit: ſed etiam de Petro per ſucceſſores ſuos aliorum corrigente infirmitatem.

Neque magis, ne per negationem Petri dificeret fides, orationem illam fuſam eſſe putandum eſt: quod, & ipſum verum eſt; quàm, ne vnquam Eccleſiæ confeſſio, quæ ſibi cœlitus reuelata eſt, in ſuis ſucceſſoribus infirmaretur, neque vnquam nutaret fundamentum.

mentum. Orationem enim illam, in eo, quod nunquã Petri defectura esset fides: ad omnes quoque illius successores efficacia virtutis se extendisse, constantissimè putandum est. quem Dominus, vt voluit, alijs præferens, per ipsum, roborauit, crepidinem suę Ecclesię subijciens, præsensq; inuisibiliter in veritate semper conseruauit, imò, & vsq; in finem iuuans, conseruabit. Filius enim hominis in terram veniens, inueniet fidem. Aliter quippe inanis esset Ecclesia, quam in terra Dominus statuit, nisi vsq; ad consummationem seculi seruanda ex omnibus esset, de qua, vt conseruanda, prædixit: *Ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi.* quam profectò ideo cæteris præesse voluit, vt alijs, veluti de specula, iura dictaret: ac de longè omnes in eam intuentes, absq; ambiguitate illius decreta susciperent: quæ nam sit Ecclesia, manifestè scientes, persuasumq; habentes, eam semper vera necessariò prosequi. Matth. vlt.

Nempe enim, vt dictum est, alijs Ecclesijs catholicæ fidei contraria sæpe præferentibus, adeo, vt vera sentientes, maledictis, pœnisq; subijcerent; &, mendacij literas, contra veritatem, alios quidem confiteri, alios verò etiam scribere compellerent. Petri verò Ecclesia, Romana scilicet, nunquam in aliquod huiusmodi lubricum prolapsa: in illis quidem Saluatoris sententia impleta non est, *Vobiscum sum*, dicentis, *omnibus diebus, vsq; ad consummationem seculi.* Impiè enim sentientibus nunquam ille adest; quemadmodum cũ suis est iugiter in eis: hisq; velut instrumentis vtens, & quasi inspirans, ac per veritatem fidei à suis sacramentis, & à spiritali vita ad cœlestem patriam transferens, vt, vbi ipse est, & ipsi sint. Ibid.

In hac verò, quoniam nunquam à veritate aberrauit, ſententia iſta, & promiſſio, maximè conuenit, vt hinc etiam perſpicuum ſit, hanc eſſe Eccleſiam, quam, in Petro ædificaturum Dominus ſe repromiſit.

Matth. 18. Præterea, quod ab eo dictum eſt, quod inter fratres differentia aliqua exorta, primum quidem ipſum, qui læſus ſit, ad eum, qui ſe læſerit, accedere, & rogare, quæ ad pacem ſunt, debere: deinde ſi illum reconciliare non poſſit, & alium ſecum aſſumere: ſin autem, nec ſic quidem reconciliaretur, Eccleſiæ tandem nuntiare: cui, niſi obediat, vt ethnicum & publicanum iam eſſe iudicandum; hoc eſt, infidelem, & ab Eccleſia præciſum, ea, quæ prædiximus, roborat. Præſupponit enim Dominus, Eccleſiam definitam eſſe aliquam rem, & hanc, ſemper veracem, alijs quæ ſunt vtilia, & neceſſaria, annuntiare, atque agere. Neq; enim niſi ſemper verax eſſet futura, indefinitè per omne tempus ad hanc fideles mitteret, de rebus ambiguis decernentem audituros. Neque, ſi indefinitum eius, apud fideles definitum eſſet, ſcire poſſent, quò ſe conferre deberent, vel, ſua omnia referre: vt, obtemperantes quidem ſecuri iam, & tuti eſſe poſſent: non obtemperantes autem, cum ethnicis ſe, & infidelibus ſtatuendos ſcirent.

Notet hæc hæretici.

Pulchetri mède infallibilitate Eccleſiæ.

Sed neq; tamen, niſi ea, ad quam mitterentur, Eccleſia; vera ſemper de omnibus dictare præſupponeretur; ſcire poſſent, quando renuere, quando obtemperare deberent, cùmqui ab inuicem differrent, veras ambo rationes proferre viderentur: cõmunis verò Chriſtianorum multitudo, ſimulq; infirmitas humana diſcernere

nere non possent, confusioq́; , ac pugna Ecclesiasticis in rebus pullulatura videretur: nisi subiecta Ecclesia, definirè singula decerneret. Sed & sine culpa omninò essent, omni spiritui se permittentes, nisi aperta, & manifesta fidelibus esset Ecclesiastica autoritas: Deo quidem possibilia àcunctis exigente; illis verò obscura, non valentibus dignoscere: siue omnes omninò oportebat diuinarum rerum scientiam iugiter adeptos in tanta confusione rerum, & ipsos ambiguæ fidei veritatem dignoscere: at, id in multitudine contingere, possibile non est. Atq; ideo, nunquam hoc Deus ab omnibus exigeret. Et id item, quod dicitur, *cæci cæcos* sequentes præcipitari periclitantur: quiq́; Ecclesiæ inobedientes sunt, cum ethnicis vnà eijciuntur, locum non haberet, si Ecclesiam dignoscere, bonumq́; à malo discernere, possibile non esset.

Nempe, & in fidei symbolo, sicut alia ad salutem necessaria ab eis, vt confiteantur, exigitur: ita, & *vnã sanctam, catholicam*, & *Apostolicam Ecclesiam* confiteri, requiruntur: ad quam de omnibus scilicet definituram mittimur: &, cui obtemperantes, molestijs, & scrupulis liberi euadimus. Quam etiam à fidelibus omnibus agnosci, vt possibile, & necessarium exigitur. Et sine qua, nec fidelium communio haberi potest: nec sacramentorum virtute perfrui valemus, neq́ per ipsa, capiti Ecclesiæ, quod CHRISTVS est, vniri. Non in verbis, sed in rebus Ecclesiæ Christi positæ sunt res.

Quamuis, etsi qui vbilibet terrarum fuerint, qui de fide alijs alia dicentibus, vera ipsi senserint, laudabiles quidem fuêre, se ipsos, vt partem referentes ad Ec-

eleſiam, atq; inde ſibi ipſis ſufficientes, illi per omnia, quæ ad fidem pertinent, vniti, & alijs quoq; hoc modo, quæ vera ſunt, dictantes, cuiuſmodi S. Maximus fuit, &, ſi quis illi ſimilis eſt: non tamen ita, vt infinitis agminibus Chriſtianorum, pro magnitudine Eccleſiæ, & dignitate, ſatis eſſe poſſent: quodq; in eis, quaſi in obſcuro erat, ad fidem eorum, quæ dicerentur, omnibus ſufficeret: quaſi ipſi Eccleſiæ caput eſſent eius, ad quam mittimur, cuiuſq; poſſeſſionem fines terræ eſſe Pſalmiſta definiuit.

Pſal. 2.

Hæc cum ita eſſe neceſſariò conceſſum ſit, aliæ quidem Eccleſiæ, vt dictum eſt, à veritate ſæpius aliter aliàs aberrauerunt: quando de fidei veritate orbe toto inter ſe non conueniente, illæ falſa & ſentiebant, & alijs ſentienda proponebant: quoſdam verò etiam inuitos fateri compellebant: nulla earum eſſet profectò, ad quã indefinitè mitteremur, Eccleſia, de ambiguis ſalubria, & certa audituri. Manifeſtum enim eſt: quia eos quidem, qui tunc ei contradixerunt, & vſq; ad ſanguinẽ aduerſus hæreſes, quas illa fouebat, reluctati ſunt: maximè idcircò admiramur, in tantumq; à nobis abeſt, infideles, & ethnicos eos, quod illi non obtemperauerint, putare, vt etiam debito honore proſequamur, atque annis ſingulis illorum feſtos dies celebremus, mediatoreſq; prõ nobis ad Deum proferamus.

Et certè Neſtorius, ac Pyrrhus, & cæteri Conſtantinopolitanæ Sedis antiſtites, hæretici tunc temporis, cum omni, quæ ſub ipſis erat, Eccleſia, cùm eſſent: ſe ipſos tamen Eccleſiam illam eſſe aſſerebant, quam omnibus ſequendam per omnia dictitabant, eoſq; ſibi qui non obtemperarent, vt ethnicos

nicos, & publicanos puniebant. Qui verò illis obtemperauêre, eos, nos perditos existimamus. quantoq; ad impietatem fuêre proniores, tanto ab Ecclesia maiori supplicio affecti sunt: & qui illis consenserunt, anathemate mulctati sunt.

Nullum verò nouimus, qui, quouis tempore, cũ de fide disputaretur, Romanæ Ecclesiæ obtemperans, similem exceperit damnationem. Imò verò, nullus est, qui tunc aduersus quidem Constantinopolitanam Ecclesiam apertè resisteret, quin & Romanam Ecclesiam intueretur, illiusq; de fide opinionem, vt veritatis, ac pietatis exemplum, quibus contradicebat, opponeret: eamq;, contra inimicos sociam, auxiliatricemq; præferret. Et nunc quoq;, cum aduersantium obscurum nomen sit, communiter, ac priuatim illa, & colitur, & coronatur: vt & hinc perspicuum sit, hãc esse Ecclesiam; cui, qui non obtemperat, gentilibus, & publicanis Saluatoris sententia connumeratur. Principari quidem & alias Ecclesias, his, quæ ad ipsas pertinent, & sub eis sunt, hasq; securè & iudicare, & dirigere, cùm tempus exigit, quando ad vnam omnes referuntur, arbitrandum est. Sed, nisi aduersus caput obluctentur, maximè, cum illis differentia, de fidei confessione fuerit. Tunc enim pernicioſissimè diuisę à capitis glutino, & viuificatione decidunt: metusq; est, ne præcisis membris; neq; solùm absente debita concordia, sed etiam præsente maximarum rerum contradictione; præterid, quod nihil possint, gentilibus etiã publicanisq; connumerentur. Quanto enim de maioribus contradictio fuerit, tanto & condemnatio deterior est. Neq; enim tantùm de communibus istis dif-

ferentijs putandum est, à Saluatore sententiam, quod Ecclesiæ obtemperandum sit, pronuntiatam esse, quãtum de maioribus, & quæ primi in Ecclesia consistunt ordinis; qualia sunt, de dogmatibus, ex quibus est etiam de S. spiritus processione contradictio, per quam tanto iam tempore Ecclesiæ dissipatæ sunt.

Quibus profectò ita contingentibus, non modò in integritate à capite Ecclesiæ, quod Christus est, non viuificari, & coalescere, verùm, & quod habere videbantur, ab ipsis auferri contestantibus rebus, necesse est. Ab eo enim, *qui non habet, & quod habere videtur, auferetur ab eo.*

Matt. 13.

Propterea, etsi non pluribus ex patre, & filio procedere spiritum sanctum verum esse, contrariasq; rationes nihil dicere, ostensum esset, res ipsa Ecclesiæ tamẽ, vt dictum est, dubios persuadere sufficeret; omniaq; ab ipsa declarata, singulos nihil reluctando suscipere deceret; sed Christianorum omnium caput ipsam arbitrando; & quam in fidei symbolo, vnam, sanctam, catholicam, & Apostolicam Ecclesiam accepimus, eam esse asserendo: ita, catholicam fidem continere, confiteri, illa tutissimè ducente, maximè, si quis etiam ad nationum multitudinem, quæ illam sequitur, intueatur: plurimis quidem in his humana, ac diuina sapientia, quantum homini possibile est, summè excellentibus, plurimis item in sacro, & religioso habitu per monasteria degentibus, & in lege Domini die, ac nocte meditantibus. Sed tamen ostensum est, fuisse tempus, quando Ecclesiæ vnitæ erant, & fidei symbolum apud istam legebatur, vt modò legitur.

Quem-

Quemadmodum igitur, his, qui primò Ecclesiæ membra diuidere volebant, & pro suis desiderijs à cõmuni cœtu Ecclesiæ abscindebantur; nullus, mente, & ratione præditus consentire, simulq; cum illis abscindi voluisse, cùm nulla id rationabilis occasio suggereret: sed, aut diuisionem potius impedire tentauisset; sicut, plurimi tunc temporis, qui pro veritate, & Ecclesiæ communione steterunt: aut, malitia inualescente, cæteriscq; per præcipitia euntibus, ipse super petram stans, atq; vnionem, quam heri, & nudiustertius cum cæteris amabat, atq; honorabat, seruans, Ecclesiæ vnitus esset: ita & nunc, si quis se ipsum, eo tempore, quo Ecclesiæ diuisæ sunt, fuisse fingens, ad res cum ratione respiciat, saluti, & securitati suæ prospiciens, nulla ratione ab Occidentalium Ecclesia præscindi patietur. Neque enim profectò consilij fuisset, vel, quando Ecclesiæ vnitæ erant in fidei confessione, nulla præsertim probabili ratione discessionem suadente, cum his, qui temerè ferrentur, simul diuidi; vel, cum his, qui modò sunt, aut antea fuerunt aduersarij, ullo pacto commorari: cùm & modo, & tunc æqualiter fidei negotia se habeant: quantumque attinet ad verarum rerum iudicium, apud prudentes nihil differant.

Est autem sanè irrationabile, his, qui præsunt, aliàs se aliter habentibus, vt illos impetus tulerit, præscindique ab Ecclesia cupientibus, velle & se vnà præscindi. Quasi, in illorum potestate sit, vt libet, vtrumque agere; &, quà velint cæteros ducere, veluti mancipia, sublata eis in tantum voluntatis, sententiæq; libertate, vt, neq; contrarias rerum mutationes

eis

eis diſcernere liceat, neq; rectam ſententiam eligere, prauæq; præferre.

Nullus ergò erit tam iniquus iudex, vt illis quidem & ſaluti contraria licere aggredi ſtatuat, cæteris autem ſaluti, & ſecuritati ſuæ conſulentibus, non licere, quod ſit rationis, eligere. Neq; illi quidem, propter ſuam leuitatem, & inconſtantiam, ſine vlla ratione vnitatē diuidentes, opinionem prudentiæ habebunt: qui verò hanc omninò ſeruare elegerunt, deterius conſuluiſſe videbuntur. Multò enim magis, his, qui in bono vnitatis permanent, ſiue etiam ad illam redeunt, ius, atq; ratio aderit; quàm his, qui contra omne fas, omnemq; normam diuiſa Eccleſia communiter, & priuatim ſeditionis, ac diuiſionis, malorumq; omnium auctores fiunt. Si enim his diuidi pro voluntate licebit: & illis ratione licere non diuidi dabitur. Et ſimul perſpicuū eſt, quia, nulla ſynodus vnquam facta eſt, in qua declaratum ſit Occidentis Eccleſiam hæreticam eſſe, Romanoq; Pontifici, Eccleſiaſticis ſibi ab initio conceſſis priuilegijs iuſtis vti non licere; neq; illi, iuxta Eccleſiæ antiquas ſanctiones, omnes obedire oportere.

Eſt ergò irrationabile, & inconſideratum, diſciſſionem nulla probabili ratione ſuadente, neq; ſynodo vlla contra illam Eccleſiam vllo in loco ſententiam ferente; eos ſequi, quos voluntas, & ſua leuitas circumfert, nihilq; validum, ac rationabile inferunt, imò, & plurima quidem fidei, catholicorumq; Doctorum, ex ſuperflua, & fatua cōtentione, partim auferunt, partim contra ſe ipſos confiteri coguntur. Enimuerò quod putant iſti, plurimos contentionis ſuæ ſocios Epiſcopos opinionem ſuam ſatis roborare, ridiculum eſt: quaſi

non

non apud Rom. Ecclesiam Episcopi totius orbis ordinétur, qui vel nõibus ipsas dignitates exornent, Ecclesia antiquum ordinem per omnia custodiente.

Porrò, si quis, q, loca ipsa non teneant, obijcere velit, primùm quidé, non ex loco sacerdotis dignitas habentibus prouenit: aliter enim, & qui ista dicunt, suos Episcopos tollent, qui nominibus solis participant, reb' priuati: simulq; ab illo Episcopatum consequi, á quo & alijs omnibus sacerdotij dignitas est, totum ꝑfectò valet. Deinde, & qui videntur thronis prę̃sidere, à quibus nominantur, dignitaté solis nominibus sine rebus adornant, cùm ciuitates ipsæ ante plurimum temporis ab infidelibus captæ, ac sub iugum missæ sint. Ex quo fit, vt imperitia sensim, & rusticitate, & cætera morum corruptione crescente, ne simplicissima quidé fidei apud illos rudimenta noscantur, nomineq; potius, quàm re Christiani ibi sint.

Si igitur, hos habere concordes magnum aliq̃d ad diuisionem valet; & Occidentis Ecclesia nihilominus eosdem pro se ꝑferet, atq; eò magis, quò & Doctores' sacros pro se habent: & ipsi per se, de quibus culpantur, rationem facilè reddere possunt: quocirca, nemo suæ salutis auidus, eliget vnà cum suis diuidi, partim quidẽ persuasum habens, Ecclesiæ per omnia obtemperandũ esse; &, qui non obtemperet, eum inter Ethnicos ꝑijciendum: partim verò, confessionem de S. spiritus processione ex patre, & filio, plurimis ex locis, veram esse, & saluti necessariam animaduertens.

Quibus veraciter, ac firmiter subiectis; nunq̃ profectò circa exteriora turbabitur huius veritatis studiosus. Alijs quidẽ ꝑpter consuetudinem ab initio concessis:

& qui malis consentiunt, digni sunt morte. Nam, de *otioso verbo* rationem reddituri sumus; &, *sine fide possibile non est, placere Deo*, vt ait Paulus Apostolus. Et, *cæcus si cæcum ducat, ambo in foueam cadunt*: quantum in huiusmodi cæcitate periculum illis esse arbitramur, qui tanta leuitate feruntur, ac maximè Prælatis Ecclesiæ, quos vigilare pro alijs Paulus monuit, vtpote rationem pro illis reddituros: &, à quibus, nisi vigilauerint aliorum sanguis iuxta scripturæ sententiam, requiretur?

Matth. 5
Hebr. 11.
Matth. 15
Hebr. 13.
Ezech. 3.

Recogitanda item est scribarum, Pharisæorumq; condemnatio; quod, neq; ipsi ingrediebantur, & qui voluissent ingredi, viam veritatis prohibebant. Si autem Chrysostomus beatissimus pro viduæ iure in tantum contra iniurias potentium perstitit, vt & sede, & ciuitate fugaretur, quasi quispiam iniquus, & perditus: quomodo non pro iure veritatis ac fidei omnia & facere, & pati promptè, & alacriter conuenit? Imò, quomodo non imitari decet sanctum Athanasium; qui, cum per id temporis Oriens, atq; Occidens de *substantia, & persona* nomine contenderet, hisq; syllabis fines terræ collidi periclitarentur, medium se obijciens, vtrosq; placauit: indignum putans eos de nominibus digladiari, quæ ad eandem inrelligentiam ferunt, etsi pronuntiatione differre videantur. Quod si præter dilectionem, *tradidero corpus meum, vt ardeat, nihil mihi prodest*, & quæ illic de charitate dixit Apostolus: quomodo tutum esse poterit, his, qui à Christianorum grege non solum diuiduntur, verùm, & de fide contra omnem rationem inimicissimè ab eis dissident?

Matth. 23

1. Cor. 13.

Vtrinq; igitur, ꝑ veritate, proq; nra ipſorum ſecuritate, circa id, quod expedit, omne ſtudium, omnéq; diligentiam oſtendere, neceſſe eſt: nihil inuentioni veri præferendo; neq; id patiendo, quod multi, qui exteriora incommoda, & damna pertimeſcunt, atq; ideo, cõtra ſalutem ſuam ſcientes, ac prudentes pergunt, ſtolidiſſimè ſanè, viliſſimis rebus tantam rem, adeoq; neceſſariam prodentes; quaſi Deo etiam vires noſtras, affectuſq; cordis ignorante; ſed, vltrò potius nos ingeréndo, atq; ad alios proficiſcendo, ſi quid fortè, de tanta re commodè proferre poſſint.

Omni igitur anticipatione liberi, atq; ab oĩ cõtentionis vitio remoti, fretiq; Dei adiutorio, nihil omittamus diligentiæ: Iniquum ſanè exiſtimantes, humani quidé, lucri gratia, longa maris ſpatia mercatores nauigare; veritatem autem fidei, tanto propter illã conflato bello, rterire: neq; huius inuentioẽ, eiuſq; lucrum, plurimis & pecunijs, & laboribus præponere, maximè cũ ꝑpter hanc vita nobis æterna ꝓueniat; qui finis eſt, diuinæ circa humanam naturam diſpenſationis. Quemadmodum n. *qui non credit, iam iudicatus eſt*; hinc n. iam damnationis initiũ ſumit: &, *qui ignorat, ignorabitur*: ita, Dei in hac vita contemplatio, futuram nobis pollicetur; & his, quæ de Deo hîc creduntur, &, vt poſſibile eſt, apprehẽduntur, carneis ſolutis nexibus, veritatis ſuccedit pulchritudo. Aenigmatibus quidem veritati; fide verò, & ſpe rerum ſubſtãtiæ cedentibus, ſpeculo huius corporis ſoluto.

Ioann. 3.

1. Cor. 14.

Ex quibus profectò conſtat, & eos, qui hîc in fide falluntur, neq; veram Dei ſcientiam conſequuntur, ne futura quidem illa ſpeculatione fruituros, ſed profanos foro

fore, atq; in ſiniſtra parte collocandos. Si igit* B. Steph. pro Saluatoris imagine, plurimiq; per id temporis, vſq, ad mortem conſtantiã ſuam oſtenderunt: & certè, cùm res ipſa non imediatè circa fidé, primamq; Theologiã, ſed circa diſpenſationis diuinæ ſacramẽtum eſſet; neq; ſtatim circa hoc; iniuria quippe ſolũ ad humanitatem referebatur Chriſti: honor enim imaginis, iuxta mag. Baſilium, ad primitiuam formam penetrat: Contra tñ imaginum oppugnatores conſtantiam vſq; ad mortem oſtenderunt. Quæ nam modo alacritas, q, ſtudiũ, q, robur, pro veritate ꝓpoſita de S. ſpiritu ab eis pro merito oſtendi poteſt, qui veritatis amatores ſunt, ſecuritatiſq; ſuæ, ac ſalutis curam gerunt, pro qua omnis ratio, omnis ſermo, omneq; ſacramentũ diuinæ diſpenſationis eſt?

*S. Steph. Iunior Martyr ſub Copronymo, ob defenſionem imaginum.

XXVIII.

Habes, quæ de proceſſione S. ſpiritus petiſti, prolixi9 quidé, quã initio inſtituerã, expoſita, ſed neceſſariò, vt reor, ipſa materia hanc ꝓlixitatem ſuggerente. Si ergò ſufficienter dicta ſunt: agamus Deo gratias: ſin verò minus, quã vt ſtudioſorum induſtriæ plenè ſatisfactum ſit; nr̃am infirmitatem, non materiæ ipſius, ſententiq; dignitatem in culpa eſſe ſciant. Illa n. cùm per ſe ipſã vera ſit, ſanctorum etiam Patrum teſtimonijs nititur. Quorum nos ſententias, atq: de hac re opinioné, vt petiſti, exponentes, nihil à nobis ipſis dixiſſe, qui rectè reputauerit, inueniet. Breuiorem autem in exponendo fuiſſe, dum celeriter ſingulis quaſi ſupervolitãdo negotijs me expedire cupio; neq; neceſſarium puto imorari omnibus, cùm plurimi multa de hiſcè diſſeruerint, meritò quiſpiam culpare poſſit. Ex his tamen, quæ dicta ſunt, quorſum veritas propoſitæ quæſtionis reſpiciat, cùm maximè neceſſaria cõprehenſa ſint, facillimè con-

Epilogus.

ſpici poterit: ſi modò, vt initio dixi, remoto contentionis ſtudio, quæ dicta ſunt legere, intentè velit.

Cur ipse Græcus cõtra Græcos ſcripſerit.

Obteſtor autem, & moneo omnes, qui iſta lecturi ſint, ne ferant grauiter, ſi eiuſdem ſecum patriæ, & generis cùm ſim, diuerſum ab illis iter, veritate oſtendente, pergere voluerim. Optabam certè, ſub vno paſtore vnum ouile eſſe; omneſq; vinculo dilectionis adſtrictos, vt ait Paulus, idem ſentire; neq; eſſe ſchiſmata, ſcandalis quàm longiſſimè fugatis. Sic enim & ipſe cum cæteris in vnum corpus compactis, & vnum caput habentibus, maxima quiete tranquilliſſimè fruerer: neq; modo profectò, cum doceri malim, & opus habeam, Doctoris officium mihi minimè omnium cõueniens ſumerem.

Ex quo fortaſſe non deerunt, qui me iactantiæ, & oſtentationis inſimulent: quoniam verò *neceſſe eſt, vt veniant ſcandala: Oportet enim*, inquit, *hæreſes eſſe, vt, qui in vobis probati ſint, manifeſti fiant*: vigilareq; vnumquenque neceſſe eſt, ne plurimis paſſim circumferatur erroribus: & alijs alia dicentibus: ipſe dum neſcit, amittat omnia: *ſine fide enim impoßibile eſt placere Deo*: tunc profectò vrgentibus ſcandalis, prudentiæ fuerit, omni temporis anticipatione, omni populari fatuitate omiſſis, ipſam in ſe ipſa verborum veritatem inſpicere, & diligentius conſiderare, Patrumq; regulis per omnia intentum, quocunq; veritas duxerit, ſequi. Hoc enim plurimis etiam, qui præceſſerunt, Eccleſiæ magiſtris, prioribus temporibus contigit: qui, cum ſæpe eis veritas aliter ſe habere, quàm communis eſſet opinio, viſa fuiſſet, ipſius toti fiebant, periclitantemq; modis omnibus iuuabant, ac diſcerptam reuocabant:

Mat. 18. 1. Cor. 11.

cabant: &, contemnentes omnia, igni, si necesse esset, ac ferro, diriſſimiſq; ſupplicijs affecti, ſuperabant: quod erat ſui officij, implentes; poſteriſq;, quomodo huiuſcemodi emergentibus caſibus, ſe gerere deberēt, ſui exemplo præſcribentes. Si quidem igitur, poſſibile eſſet, Deo vnà, & hominibus placere, optandum id ꝓfectò magis, & expetendum eſſet; nulluſq; ſibi alterum in hac re præferri vellet. Quoniam verò duobus Dominis, inuicem contrarijs, ſeruire, poſſibile non eſt: *Si enim*, inquit, *hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem*. Et *Prudentia carnis*, * *inimica eſt Deo: obedire oportet magis Deo, quàm hominibus:* quodq; ſanctus Maximus, cùm à ciuibus ſuis criminaretur, prævalente apud eos Monotheletarum hęreſi, quoniam Occidentali Eccleſię applicatus, ſuis contradicebat, ait; *quod ſcilicet vtroſq; diligeret; illos quidem, vt orthodoxos iſtos autem, vt homogloſſos*, id eſt, eiuſdem ſecum linguæ: id nunc quoq; dicendum ad eos, qui criminantur. Amici enim viri exiſtimandi ſunt; amiciotem verò neceſſe eſt arbitrari veritatem.

Gal. 1. Roman. 8. *mors eſt. Actor. 5.

Neque iuſtum eſſe putauimus, ſiue indulgendo amicitiæ, ſiue quorundam iurgia extimeſcendo, atq; vtrinq; humanæ paſſioni manus dando, veritatis omiſſa ratione, noſtra magis, quàm quæ Dei ſunt, ac proximi inſpicere; & nobis ipſis, & illis, ex ſilentio noſtro detrimenta comparare: ſed partim quidem timorem Dei, & ſi dictu audax eſt, ante oculos habentes; partim verò, quæ ſit *voluntas eius bona, & beneplacens*, non ignorantes, ſolamque inde laudem expetentes, etiamſi premendi anguſtijs ſimus; omnia, nihil exiſtimare; ſed diſponere ſermones in iudicio, proq; illis, ac ꝓximi dile-

dilectione, oĩa neceſſariò adhibenda arbitrari. Audendum quippe eſt, etiam contriſtare, ſi opus ſit, ac verbo, veluti ferro, turgentia vulnera reſcindere, atq; cum charitate curare.

Quo facto, è duobus alterum continget: aut n. quietiores, & mitiores ad contradicendũ fient: aut cõtrarijs, quæ obijciuntur, rationibus infirmis, debilibuſq; deprehenſis; exhauſtaq; ex illorum animis falſi opinione, id lucrabuntur, vt contra veritatem ſtare pertimeſcant. Sin verò, & quiſpiam fuerit intelligens, aut requirens Deum, profectò neq; optimam hanc mutationẽ erubeſcet. Nam iuxta Theologum Gregorium; *non mali mutatio, ſed mali obſeruatio habet turpitudinem.*

Vt igitur illis, & nobis nõ minima emolumenta quęreremus, veritatem omnib⁹ prætulimus, ipsũq; Spiritũ ſanctum inuocantes, de ipſo loqui, te monente, ſuſcepimus. Non *diſſimulaui annuntiare vobis omnem veritatẽ, & conſilium Dei.* Vtinam verò ad eorum, qui lecturi sũt, vtilitatem labor noſter iſte proficiat, vt, & qui ſeminat, fructum metat; &, qui congregat, mercedem accipiat, omneſq; ſimul cœleſtem ingrediamur patriam, fruituri gaudio Domini noſtri, in laudem, & gloriam vnius Dei patris, & filij, & ſpiritus ſancti, ſanctæ, & beatæ Trinitatis, vniuſq;, & veræ Deitatis, Amen.

FINIS LIBRI IV.

OBSER-

OBSERVATIONES ET NOTÆ, IN LIBROS CALECÆ, A *PETRO STEVARTIO* S.S. THEOLOGIÆ DOCTORE, Professore, ac Academiæ Ingolstadiensis Procancellario ex varijs Græcorum monumentis collectæ.

AD CALECAM VISUM EST NONNULLA ANNOTARE, VT OMNIA CLARIORA euadant: & primùm de ipso Manuele Caleca quis fuerit.

GESNERVS in sua Bibliotheca. *Manuel Caleca scripsit librum Græcum, quo continentur scripturæ concordes. Item de fide seu de principijs Catholicæ fidei iuxtra traditionem diuinæ scripturæ & Catholicorum Ecclesiæ Doctorum*, posterior hic liber Græcè exstat in Bibliotheca Bauarica Num. 127. Latinitate donatus, vt audio, a R. P. *Iacobo Pontano* Societatis IESV: tam etsi necdum versio hæc in lucem prodiit. Quid operis sit prior, & vbi Græcè asseruetur, mihi non liquet. vt nec illud quis sic amicus, ad quos & cuius rogatu hunc

quem in manibus habemus, Tractatum ſcripſit: nuſquã enim nomen eius exprimit.

Franciſcus Turrianus lib. de ſexta & ſeptima Synodo: *Vt ex Manuele Caleca Græco, viro magna & doctrina & fide, intelligi poteſt.* Citat hunc Calecæ librum etiam Bellarminus lib. 4. de Pontif. Rom. cap. 11.

Petrus Galeſinius Protonotarius Apoſtolicus in vita S. Bonauenturæ cap. XIV. agens de Concilio Lugdunenſi ſub Gregorio X. *Gregorius, vt erat Pontifex ſingulari diuinaq; ſapientia, eum* (Bonauenturam) *eſſe maluit, cui potiſſimum Concilij dirigendi curam daret. Græcorum igitur Imperator, Michael VII. Comnenius, Palæologus, Ioſephus Patriarcha Conſtantinopolitanus, Archiepiſopi, Epieſcopi, & Legati Græciæ Lugdunum aduenerũt frequenti cum cleri multitudine; in qua viri eruditiſſimi aderant; quorũ* EMMANVEL CALECA, *qui luculentis ſcriptis Eccleſiam Catholicam Romanam adiuuit,* Meminit ipſemet Caleca Concilij Lugdunenſis lib. III. & VI. tametſi ex verbis eius ipſum Concilio interfuiſſe, quemadmodum aſſerit Galeſinius, colligi non poteſt. Habemus ergo ætatem Calecæ, ſi nos non fallit Galeſinius. Certum eſt autem ex Epilogo libri quarti fuiſſe natione Græcum.

Robertus Conſtantinus in Nomenclatore inſigniũ ſcriptorum *Cyrmanoæ Calecæ liber de Theologia, de ſpiritu ſancto.* Eſt iſte *Cyrmanoa nullus alius, quam Dominus Manuel.* Nam Iuniores Græci dicunt κῦρος & κῦρις, & adhuc conciſius κῦρ, pro κῦρος, ſicut Latini *Domnus*, & Hiſpani *Don*, pro *Dominus.* Et vt nos honoris cauſa vocabula *Domini* & *Domni* proprijs nominibus præfigimus, ita & Græci ſua κύριος, κῦρος, κῦρις, κῦρ. Non videtur Latini ſermonis fuiſſe ignarus, cum citet Latinos Patres, nominatim S. Auguſtinum

ſtinum & S. Gregorium magnum: tametſi non ignoramus vtriuſque Patris nonnulla opera, in Græcum ſermonem fuiſſe conuerſa.

DE INTERPRETE AMbroſio Camaldulenſi.

POSSEVINVS in apparatu. Ambroſius dictus Camaldulenſis è Porticu opidulo non procul Florentia *quamobrem & appellatus Florentinus, Ordinis Camaldulenſium Generalis Abbas, cuius vitam poſteris mandauit Auguſtinus Camaldulenſis, quique ab Eugenio IIII. Orator miſſus eſt ad Concilium Baſileenſe; ſcripſit Tractatum de ſpiritu ſancto contra Græcos, negantes ſpiritum ſanctum à filio procedere. Tractatum item de Sacramento admirabili corporis Chriſti. Orationes habitas ad Patres Concilij. Quarum præcipuam dixit Ferrariæ Græco idiomate, coram Emanuele Imperatore, ceteris que Orientalibus Epiſcopis, atque proceribus. Exſtant Epiſtolarum ipſius libri ſexdecim, eleganti ſtylo conſcripti, quarum archetypon Florentiæ, in Bibliotheca S. Marci aſſeruatur, & initium eſt: Affectus ſum ſingulari voluptate. Item, libros duos earum rerum, quas geſſit Generalis Abbas. Chroniconitem Montis Caſſini. Vitam S. Eugeniæ Virginis. Vitam S.S, Proti, & Hyacinthi.*

E Græco autem conuertit in linguam Latinam, librum de virginitate ſcriptum à Baſilio. Vitam Ioannis Chryſoſtomi à Palladio conſcriptam. Libros Ioannis in Matthæum. Libros Ioannis ad Stagirium monachum. Homilias eiuſdem Ioannis in Matthæum. Libros decem & octo eiuſdem Ioannis diuerſi argumenti. Vitas Monachorum, & Gregorij Nazianzeni. Vitas S.S.

Patrum AEgypti. Libros quatuor Dionysii Areopagitæ. Diogenem Laertium de vitis Philosophorum ad Cosmum Medicem. Ephrem Syri Diaconi aliqua ad eundem Cosmum, & incipit; Dilectissimi. Climacum Ioannis scholastici, in quo agitur de vita, & perfectione Monastica. Obijt anno Domini, 1490. apud Camaldulensem eremum triginta millibus passibus Florentia distantem. Hæc Posseuinus.

Similia Trithemius, in Catalogo scriptor. Ecclesiast. & Gesnerus in Bibliotheca. Qui quod dicũt & hũc Ambrosium scripsisse de spiritu sancto, id planè ad hunc quẽ ex Græco vertit, librũ pertinere videtur quem Martino V. Põtifici Max. dedicauit, opus profectò subtile, acutũ, & varia eruditione refertũ est, & luculentus Index eruditionis, quâ Caleca instructus ad hoc tam nobile ingenij sui monumentum conficiendum accessit. Grẽcum exemplar nunquam vidimus. Latinam versionem ex Codice Latino manuscripto Bibliothecæ Bauaricæ exscribendã curauim⁹: quæ alicubi obscurior est & intricatior, & cui fax ex prototypo accẽdi potuisset. At q̃d agas primigenio exemplari tã Auctoris, quàm Interpretis destitutus? Index Bibliothecæ Viennensis apud Posseu. in calce Apparatus sacri indicat alium Calecam Ioannem nomine; cuius commentarij in quatuor Euangelia ea in Bibliotheca asseruantur.

QVÆ

QVÆ CAVSÆ MANVELI ad hanc ſcriptionem?

DOGMATA & inſtituta Græcos inter & Latinos controuerſa: quorũ primũ & præcipuum proceſſio ſancti ſpiritus non ex ſolo patre; ſed ex patre & filio: de quo capite copioſè Caleca noſter diſputat tribus prioribus libris.

II. Additio illa ad Symbolum: *Filioq;*.

III. Azyma Latinis in confectione Euchariſtiæ uſitata.

IV. Beatitudo ſanctorum: nam Græci animas, quamuis plenè expiatas non credunt ſtatim beatitudinẽ conſequi; ſed vſq; ad generalẽ omniũ reſurrectionem differri; idemq; dicunt reſpectu pœnæ æternæ de illis, qui peccatis mortalibus obſtricti, hinc exceſſerunt.

V. Purgatorium.

VI. Mos vt Sacerdos Diaconi munus impleat; in Liturgia ſeu Miſſa. Græci enim nefas exiſtimant, vt, alius quàm qui præciſè tantumq; ſit Diaconus, Diaconi munus exequatur.

VII. Imagines Dominicæ.

VIII. Signum ſanctæ Crucis.

IX. Ieiunium Sabbati.

X. Minus frequentia & ſtricta ieiunia apud Latinos quàm Græcos.

XI. Euchariſtia.

XII. Primatus Romani Pontificis.

XIII. Tonſura. XIV. Imagines, Reliquiæ, & commemoratio defunctorum, & ſi quę ſunt alia huius generis.

Et hæc quidem capita eleganter perſequitur Caleca libro quarto. Initio ſchiſmatis ſub Photio conflati, vix quidquã Latinis vitio vertebatur, quàm ſententia de proceſſione ſancti ſpiritus ex patre & filio; & additio illa ad ſymbolum: *Filioq;*. Poſtea eo impudentiæ progreſſi ſunt Græci; vt quidquid in Latina Eccleſia quoquo modo ab ipſorum ritibus & conſuetudinibus diſcreparet, id Latinis loco criminis & hæreſeos obiectarent.

Vt verò melius intelligas, quæ doctiſſimus Caleca libro quarto diſſerit, totaque controuerſia perſpectior tibi euadat, adſcribere placet nonnulla ex Tractatu quodam Manuſcripto Bibliothecæ Bauaricæ, Anno Domini M. CC. LII. Conſtantinopoli à Fratribus Prædicatoribus aduerſus Græcorum errores compoſito, in quo multa vnum quaſi in faſcem comportata & colligata ſunt; quę Græci aduerſus Latinos deblaterant: quæ exſcribere non erit abs re: tum quia Calecæ noſtro lumen accendent; tum quia parum in vulgus nota ſunt, tametſi valdè digna cognitu. Agnoſcet autem in Græcorum nugamentis, cauillationibus, calumnijs & criminatoribus viuam, ſpirantemq; hodiernorum ſectariorum effigiem, qui non aliter hac ætate cum catholicis agunt, ac olim hodièq; impoſtores Græci: qui, vt ſchiſma & hæreſin ſuam à mendacijs & conuicijs in rectè ſentientes, auſpicati ſunt, ita eandem ijſdem medijs ac inſtrumentis propagant, & continuant. Ita ergò præter cætera, Tractatus ille Conſtantinopolitanus, tametſi vitioſiſſimé ſcriptus, vt vix aliquando ſenſum liceat elicere: ſed ſatius eſt, vel hæc noſſe, quam omninò nihil.

DE-

DE QVATVOR CAVSIS schiſmatis.

CAVSAS ſiue excuſationes Schismatis credimus eſſe quatuor. Prima fuit diuiſio Imperij. Licet enim Imperatores, qui regnabãt Conſtantinopoli poſt receſſum Conſtantini ab vrbe Romana, pro eo, quod totum contulerant Eccleſiæ, ſicut ſupra diximus, nullum ius haberent in Italia, interdum tamen vbique regnauerunt. Sed cum infra Italiam vſque ad Romam Barbara gens irruiſſet, & Summus Pontifex auxilium Imperatoris Leonis, qui erat Conſtantinopoli, requiſiſſet, & ille negligenter agendo, auxilium præſtare Eccleſiæ refutaſſet; compulſus eſt prædictus Papa magnum Carolum de Gallicis partibus reuocare, & in Italia Imperatorem conſtituere, & Eccleſiæ defenſorem. Etenim erat ille Leo, vt legitur, valde voluptuoſus, & ideo in regimine Imperij ſui valdè remiſſus. Vnde ſuo tempore Saraceni Syriam, Turci verò Cappadociam obtinuerunt, & ſic facta eſt diuiſio Imperij Romani. Leo III. Pontif. Max.

Secunda occaſio diuiſionis fuit, quia non fuerunt vocati ad Concilium Vltramontanum, quando illa dictio Filioque fuit appoſita. Verùm quia ſuperius cauſam ſignauimus, hic ſubticemus.

Tertia occaſio fuit: quam ipſi aliquando nobis in familiari colloquio aſſignauerunt, ſcilicet, ſuperba nimis exactio Legatorum Papæ. Dicebant namq; referentes, quod quando Legati Summi Pontificis ab ipſa Sede Apoſtolica annuatim Conſtantinopolin chriſma deferebant, niſi octoginta libras auri à Clero & vrbis populo, præter alia dona & munuſcula eiſdẽ impenderentur, non recedebant. Taceo agè, aiebant, de pompa & ſuperbia, quam ipſi oſtendebant. Eadẽ prorſus fuit Lutheri & Lutheranorũ olim querela, quando defectionẽ ab Eccleſia moliebantur: iniqua prorſus, mẽ-

dax, & calumnioſa vtrobiq; quam eorũ iniquiſſ. diſcipuli etiamnum affectant.

Quar-

Quarta verò & potissima quantum ad Clerum, fuit depositio Photij Patriarchæ, & excommunicatio ipsius, & aliorum Prælatorum, & quorundam Abbatum. Sed nunquid hæc sufficiunt ad excusationem tanti Schismatis & perditionem tot animarum? Minimè, sed occasionem pro facto quærit qui vult recedere abamico. *Sed quid sequitur in authoritate?*

Prou. 18.

Omni tempore, *inquit Salomon,* erit execrabilis, id *est vitandus ab omnibus, despectus & vilis, quod præsens dies indicat in Ecclesiis Græcorum. Nam incarcerantur eorum Clerici, & Monachi, sicut cæteri rustici, & populares, exactiones & pedagia fiunt super eos, quemadmodum super Laicos: Vt verum sit quod per Prophetam scriptum est.*

Isa. 24.

Sicut populus, sic Sacerdos. *Translata est* quippe *gloria ab eis, Sacerdotalis, dignitas & Ecclesiastica libertas in contemptum redacta. Nam quæ vult ipse qui imperat instituere, instituit, & quem vult deponere, similiter deponit. Et meritò: vt qui sub esse Ecclesiæ Romanæ, & personis Ecclesiasticis contempserant, subiaceant nunc Laicis principibus, vel inuiti, recognoscant distantiam seruitutis, & dominorum orbis terrarum, & conuertantur, & clament ad Dominum, & summum Pontificem, & liberet eos.*

Hæc autem scripta sunt anno Domini millesimo ducentesimo, quinquagesimo secundo in Constantinopoli à Fratribus Prædicatoribus ad ædificationem Ecclesiæ, & profectum animarum, ad laudem & gloriã Patris & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

QVÆ-

QVÆDAM ADMISTA prædictis.

SIcvt *in proœmio huius opuſculi teſtati ſumus, Græcorum Eccleſia, decorque olim ſua venuſtate quàm plurimos ad amulationem fidei prouocabat: ſed vt morum, ita, & nunc erroris caligine obfuſcatus eſt, quod horrorem ſua faditate aſpicientibus incutiat, vt iam non Eccleſia fidelium, ſed potius congregatio non immeritò Hæreſiarcharum poſſit appellari. Quod licet iam quatuor dictis articulis demonſtretur; tamen adhuc in his, quæ ſubiecta ſunt oſtenditur. Quod ex dictis Magiſtri Hugonis AEtheriani nuper exacta huic operi neceſſaria dignum duximus inſerenda. Dicunt enim & ſcribunt de Latinis ſic:*

CONTRA ROMANVM Pontificem.

*ROmanvs *Pontifex & omnes partium occidentaliũ Chriſtiani Sacerdotes, & Laici præter Calabros ante multa tempora extra Catholicam Eccleſiam peruagantur, Euangelicarum & Apoſtolicarum traditionum ignari, & à fide alieni. Nam Theotonici à ritibus gentium parum diſcordant, in Deũ impij; ſed Calabri & cæteri orthodoxi, ſicut antiquitus, & Apoſtolicæ & Eccleſiæ noſtræ alumnæ eius, moribus informati ſunt. Cæteri omnes exciderunt; impios à corpore Eccleſiæ non ſolùm mores alios, & ignotos amplectentes, verùm ipſam Trinitatem ſanctam blaſphemantes. Etenim ſua concinnantes, & alienis adhærentes, neq; diuinis ſcripturis redarguentibus illorum errores; neque illis, qui eos miſerunt, volunt morem gerere.*

Pleraq; huius accuſationis capita ſunt calumniæ, mendacia, & inania figmenta.

*Magis ſanctos Patres noſtros, & Doctores ſic ſenſiſſe & inde ſe habere talem traditionem mentiuntur, Nam in ſancto ſymbolo, quod à Patribus noſtris, qui apud Niceam conuenerant, *uniuerſali prima Synodo, conſequenter manifeſtè ſic definitum eſt,* Et in ſpiritum ſanctum Dominum & viuificantem, ex patre procedentem. *Sed & in ſancto Euangelio euidenter clamitante de ſpiritu ſancto,* qui à patre procedit; *ſupranominati viri addiderunt,* & ex filio, *fallaciter & ad ſuum periculum. Veruntamen, vt opinor, per anguſtiam ſuæ linguæ idem eſſe arbitrati ſunt, ſpiritus ex patre proceſſionem, & cauſam, quæ per filium ſit ad nos miſſionem barbare, & in conuenienter intellexerunt.*

* Compoſitum eſt.

Pro fermentato azyma offerunt, & calumniantur ſanctum Petrum, & ſanctos Patres Romanos Pontifices auctores extitiſſe talis traditionis.

*Sacerdotes Principes cum Laicis ad bella proficiſcuntur armati, & in acie pugnant ante alios gradientes. Ieiunant in Sabbatis, &, ſi feſta dies Natiuitatis ſit, vel Epiphaniæ, non ſoluunt ieiunium * ſeptimanam edulio caſei dicatam non agnoſcentes, carnes comedunt. Secunda die oua, caſeum, & lac manducant, à quibus minimè per totam quadrageſimam ſuos pueros prohibent * Hiſtorias ſanctorum, præter paſſionem Chriſti in Eccleſiis ſuis non deſignant. Et ipſam non picturam, ſed opere plumario in ſimilitudine ſculptilium, & in terra ſimilium faciunt. In ſancta templa ingredientes ſuper pauimentum cadunt in faciem, & primo ſuſurrant, Deinde crucem vno digito inſurgentes oſculantur, in hac orationem conſummantes ſurgunt, & ſacras imagines renuunt oſculari.*

* Hebdomas Tyrophagus, reſpondet illi, quæ noſtrã ſexageſimã ſequitur. Nã dies lunæ poſt ſexageſimam eſt prima feria ſeptimanæ Tyrophagæ Inſigne cõmentum.

Sanctam Dei genitricem, matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti tantùm ſanctam Mariam vocant. Secus altare Eccleſiarum quælibet accedit, cuiuſcumq; ſit ſexus, ætatis, vel ordinis.

Et

Et in ſolennitate Miſſarum mulieres ſedere poſſunt, ſi velint, in ſede Sacerdotum. Sic ſciunt diſtinguere inter ſacra & prophana; comedunt ſuffocata, capta à beſtijs, morticina, ſanguinem, vrſos, fibros quos vocant caſtores, *eritios, & quæg, his ſpurciora contra Apoſtolicum decretum: Sicut Lucas in Apoſtolorum hiſtoria refert his verbis:* Viſum eſt enim ſpiritui ſancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione.

Sacerdotes & Epiſcopi, Sacerdotales ſtolas, id eſt, caſulas non de lana, ſed de ſericis netura contexentes eis operiuntur, cum huiuſmodi ſtola, id eſt caſula vel planeta Chriſti habitum repræſentant, ſiue habitum, quem habuit, quando exutus ſuis veſtimẽtis indutus eſt clamyde coccinea, quæ de lana contexta erat, qua nos vtimur quadrageſimali tempore. In alijs verò diebus vtimur albis, eo quod Chriſtus agnus immolatus dicatur. Et ideo ex veſtimentis ouium nobis caſulas præparamus.

*In ſignum ſanctæ Eccleſiæ deſponſationis annulos portant, & chirothecas, in dextra quidem ſcribunt,** Domini dextra, *in ſiniſtra verò,* agnus Dei. *Sacerdotes eorum ſolùm in aqua baptizant, & ſalem in os mittentes baptizandi; baptizandos poſtquam ſpuunt in ſiniſtra manu & dextra miſcentes ſaliuam inungunt.*

* Aliter habet Græcus, de quo infra.

Poſtquam ad ætatem peruenerint, peccatis obnoxios oleo perungunt in remiſſionẽ peccatorum, & bis baptizari videntur: Iidẽ Sacerdotes quaſdã purgationes faciunt iugiter,* & aſperſionem, quibus alligantur culparum, Iudaicis ſeruientes ritibus: quinque digitis aliqui benedicunt, & cum pollice faciem ſignant, tanquam Monotheletæ: cum debeant diſponi digiti in conſignationibus, quod per eos duæ naturæ ſignificentur,*

* Loquitur de Sacram. confirmationis.

* Videtur loqui de aſperſione aquæ benedictæ vſitata in Eccleſia

& tres perſonæ prout Chriſtus monſtrauit, quando in Cælum aſcenſurus diſcipulis manibus eleuatis benedixit. A ſeptuageſima vſq; ad Paſcha non cantant Alleluia: Affirmant non debere alijs linguis Dominum venerari, niſi iſtis tribus, ſcilicet, Hebræa, Græca, & Latina. Mortuos ſepeliunt manibus eorum neq; quam conſtitutis in modum Crucis, ſed deorſum miſſis circa inferiora inſtrumenta.

*Omnia cera oppilant Sacerdotes, ter quater in die celebrant ſuper vno altari vbicunq; contigerit. * Et vnus ſacerdos ter vel quater celebrat in vno die, cum falix ſit, qui vnam dignè poſſit cantare. Tradunt filias ſuas nuptui accipientes conſoceri filium filio ſuo, aut fratri, aut conſanguineo. Si quis Monachus in Epiſcopum promoueatur, carnes manducat intrepidè. Et Monachi paruæ vexati agritudine carnibus veſcuntur. Communiter autem omnes pinguedine porcina vtuntur. Venerabilem quidem Crucem alijs diebus in Eccleſia viaent, & adorant; in ſancta quadrageſima velant ſindonibus, cum qua occultant Alleluia. Et in * ſancto magno Sabbato de penetralibus educentes ipſam tanquàm de ſepulchro reſurgentem. demonſtrãt populo, de ſubito cum magno clamore cantant Alleluia, & multotiens, & per multas horas vociferantur, quemadmodũ * Chriſtus ſurrexit. Cùm miſſæ celebrantur, & myſteria conficiuntur, plarisq; aſſiſtentium Laicorum, ſi placet eis, loquuntur & ſedent. Participationem ſanctæ communionis non ſimiliter, vt nos Græci, perficiunt, ſed dicunt, quòd qui Miſſam celebrat Sacerdos oſculatur volentem communicare. Promotiones Epiſcoporum, & Laicorum non per omne tempus perficiunt Antiſtites ſed tantùm in anno quater, & per obſeruabilem diem. Nam cum anni quatuor tempora ſunt, ſcilicet ver, æſtas, autumnus, hyems; horum temporum initia primum menſis Martij ſcilicet, & Iunij, Septembris, atque Decembris obſeruant.*

*In

*Inſigne figmentum, extra feſtũ Natalis Chriſti.

*Imò in paraſceue.

*Chriſt iſt erſtanden.

In primis hebdomadibus Clericos & Diaconos, presbyteros, Episcopos promouent: malè sentientes, & barbaricè, aduentum spiritus sancti non secundum virtutem promouentis & promoti arbitrantes descendere; sed in diebus quibusdam putant hinc venire, vt insipientes. Non patiuntur habere Sacerdotes vxorem, & Sacramentorum perageremysteria. Duos fratres duabus sororibus carnaliter copulari permittunt. Radunt barbas presbyteri more suorum militum, præter Apostolicam institutionem.*

* Luculentum mend.

*Sanctam Eucharistiam negligentissimè spectant. * Nam ad ægros proficiscentes sine lumine ipsam deferunt & tribuunt. Et qui castra sequuntur in marsupio ponunt, & portant. In vestibus, in pileis clerici eorum, & Laici non sunt distincti; ad altare velato capite accedunt. Sanctis ac terribilibus locis nullam aut modicam exhibent reuerentiam. Ad tempus sonum repræsentando in nocte Natiuitatis Domini matutinæ cantantur; vesicas explodi permittunt circa altare, vt habeant risus materiam. In diebus Passionis cum ambulant extinctis luminibus in Ecclesiis terræmotus faciunt, sedes, tabulas, parietes percutiunt malleolis, & lagenas confringunt; & cum deberent vigilare in orationibus, alij in stuporem mentis, alij in risum conuertuntur, & alia quadam in ipsis tenebris fiunt: quæ nec fatu digna iudicaui:*

Mend. vt alia pleraq;.

Hactenus Græcanicus Latinorum accusator vel potius mendax calumniator. Inuectiuæ huic subiunguntur in eodem libro sequentia.

GRÆCORVM MALÆ CONsuetudines.



GRÆCORVM *intolerabilis est redargutio, Vulcanum imitando, qui altero pede claudus dicitur, matrem suam scilicet sedem Petri Apostolorũ principis, contra faciens contemnit, & abhonorat. Porro stultam fecit Deus talem sapientiam. Nam vanitatis opinione pleni, poma, vt Tantalus, fugacia quaritant. At verò munda debet esse manus, quæ alias debet tergere sordes. Quare collyrio primùm inungant oculos suos, abstersuri saltem deinceps lippitudinem aliquando, & aliorum vicia nequibunt discernere subtiliter. In scatebris quidem temeritatnm, in præsumptionis aculeo, in iactantia amaritiam proferendo, & sentiendo, quod prius auditum non est, spiritum sanctum scilicet ex solo patre procedere, talparum, formicarumq; colliculos malè fortes extruxerunt. Diuidunt vtiq; cum Ario diuinam substantiam. Nam ex eorum disputatione patre minor necessariò filius reperitur. Confundunt nascentis, & procedentis differentiam, quæ in hoc tamen benè dignoscitur, quod filius ex vno solo, spiritus sanctus verò ex duobus prouenit.*

Nam cum spiritus imago filij sit naturaliter, sicut Magnus Basilius, Theologus Gregorius, atq; Damascenus tradunt, necessè est, habere de ipso existentiam, & procedere: Propterea liber sub imperio Manuelis editus, quem de Immortali causa *præsignat titulus, cui Græci contradicere non possunt, spiritum ex duobus pariter procedere, inexpugnabilibus argumentis demon-*
Psal. 57. *strat. Ergo Græci* locuti sunt falsa. & errauerunt ab vtero matris suæ *Ecclesiæ, quam Christus, Synodi, & Imperatores omnium Ecclesiarum principem constituerunt. Obliti sunt illud*

Salo-

Salomonis: Conſerua fili mi patris tui præcepta, & ne di- Prou.6.
mittas legem matris tuæ. Liga eam in corde tuo iugiter
& circumpone gutturi tuo, atque à ſtulticijs quæ ad rem Iud.epiſt.
non pertinent, auertere. *A re facti conuerſi ſunt in arbores autumnales expediti, non ſolum ſcilicet in rebus, verùm etiam in pleriſq; fructibus veritatis, quod tractatu hoc, & capitulo, & ex reliquis quæ ſubſcribuntur, patet.*

Contra inſtitutionem Chriſti Saluatoris noſtri fermentata offerũt, cũ ſupercilion. ignorant, quis dux fuerit illius traditionis Chriſto in Cœna benedicente ἄζυμα, quod trium Euangeliſtarum firmatur teſtimonio. Dicunt & quod nequaquam relatu dignum eſſet, niſi quod ei omnes tanquàm magno propugnatori innituntur: aſſerentes fermentati panis vitam & animationem conferre. Sed omne corpus artificij, ſicut ex ſe ſimile non producit; ita vitæ caret animatione. Nimirum cauſam extrinſecus habet mouentem, vt ſtannum, domus, arca, fermentatus panis, & ſimilia. Quæ verò intrinſecus habent mouentem cauſam naturalia ſunt, vt quæq; animata. Non autem eſt in pane vis ſanctificationis, ſed in verbo. Vnde non videtur fidei conſentire huiuſmodi eorum factum & aſſertio. ** quæ penuriam monſtrare volentes, vt Armeni, qui nil aquei laticis ſuæ immolationi apponunt, ſuperflui inueniuntur. Nam ſimul frigidam, calidam q; denuò, quaſi benedictio impotens conficiendi fuerit Dominico ſanguini ad conſummatiõnem admiſcent.*

*Videtur leg. fermehtato pani fermentum vitam & animationem conferre. Vide Humbert. contra Græcos. ** In M. S. eſt lacuna: ex alio M. S. reſtauranda. Videtur tamen Auctor perſtrinxiſſe morem Græcorum admiſcendi aquam feruentem caliciiam conſecrato.

Diebus paſchalibus cum populus communicaturus eſt ari-* * For. ani-
de præparant, inſuper abundantiam conficiunt in Dominicum de.
corpus, & poſt diſtributionem reliquiarum aceruos; quia durabile non eſt, ſepeliunt. Communicandis panẽ intinctum præparant,

&

& accedentibus offas porrigunt cum cochleario. Quod Christus nequaquam fecisse legitur. Diaconi eorum qui ad aliquam promotionem incedunt, accipiunt vxores, ne honores perdant, quod contrarium est decimo canoni Nicænæ Synodi: Sacerdotes eorum in plerisque locis viri sanguinum existunt, & inferunt * *sacratis manibus: quod propriis oculis Imperatorem sequendo per Cappadociam, Persarumque regiones intuitus sum. Sacerdotibus debitum honorem subtrahentes inter conuiuia sibi assistere faciunt. Pro facili occasione pœnis & flagellis Sacerdotes & Clericos, instar Paganorum, affligunt. Et vt habeant ridendi materiam in capitibus eorum pileos pugnis conquassant: Cùm scriptum sit:* si quis manum in clericum iecerit, aut sine causa seu confingens occasionem, anathema esto.

* Videtur hic deesse vox Mortem vel similis.

Can. Apost.

In sorte Simonis Magi de iure ponendi sunt eorum Pontifices, qui nullis Ecclesias sine pecunia largiuntur. Quos verò tangit illud Apostolicum; Pecunia tua tecum sit in perditionem. *Sacros ordines, qui gratis debent dari, nisi manus eorum ære grauentur, nõ tribuunt. Sepulturas in cœmeterijs non faciũt, nisi accepta pecunia à quibuslibet prorsus inficiant. Patriarchæ eorum, & Archiepiscopi, & Archimandritæ secundum quod aliquando fuit in primitiua Ecclesia Hæreticorum, ad obtinendos honores & celsitudines à Laicis promouentur. Quod prorsus hoc in tempore triceſimus Apostolorum canon inhibet fieri, quĩ est huiusmodi:* Si quis Episcopus per mundanos principes dignitatem obtinuerit, excommunicetur, & separetur, & omnes eius consortes. *Sed & tertius canon Synodi, quam Græci septimam vocant pronuntiat, omnẽ electionẽ à principibus sæculi factam fore irritã. Vnum solum Sabbatum, quod nos sanctũ vocamus, pro sepultura Domini Saluatoris, ieiunio cõmendauerunt: reliquo verò anni Sabbato, epulæ, balnea, & ludicra & quæ-*

Acto. 8.

qualibet penes illos celeberrima esse prætendũt. Sed errore vatis iucunditate traducuntur, quomodo Apostolis sancitum esse sub anathemate mentiendo astruunt, dicentibus*; Maledictus qui in sabbato ieiunauerit, præter vnum. *Nam si propter singularem Domini resurrectionem omnes dies dominici digno cultu venerãtur, & propter singularem mortem sextaferia, nõne & propter singularem sepulturam singulis sabbatis, nisi solẽnitas inhibeat à qua & ieiunium & tristitia abducenda sint, B. Sylvester asseruit?*

* fort. leg. sed errore vatis iucunditate traducuntur qũ ab Apostolis.

*Natura quidem hominis à principio in ruinam posita est, verùm Græcorum gula cum ea certat, quæ è corruptione inest malitia. Nam non solum bis, sed quoties cunq; opportunitas aliqua præbet, alimenta ori immittunt. Hinc est quod in quibusdam diebus Veneris, post posita omni verecundia, carnibus vescuntur: * septem solis diebus in anno ieiunant: quinq; pro tota quadragesima in principio suæ illorum septimanæ; sabbato sancto, in vigilia Epiphaniæ Domini. Etenim per omnem magnam quadragesimam, cœna minimè abstinent, nec secundum opinionem suam quadragesimam celebrant: cùm quadragesima, ieiunium quadraginta dierum significet. Ipsi verò maiorem septimanam à numero quadragesimæ secludentes, * sex hebdomadis quadragesimam claudunt. Tot enim sunt à prima eorum septimana vsq; ad sabbatum quod palmarum, arborumq; ramos præcedit, in quo vniuersaliter Ibi illis cantantur,* quæ animæ vtilis est; complemus quadragesimam, à quibus sex septimanis, si sex dies Dominici cum totidem sabbatis subtrahantur triginta solum dies inuenientur. De Dominicis verò diebus superuacuum est differere in quibus Christianis omnibus prohibetur ieiunium. At igitur si Græci ieiunant in diebus Dominicis (nam eisdem cibarijs vescuntur in sabbatis) anathematis rei sunt Canonis dicuntur q; anathema: sicut qui in sabbatis ieiu-*

* videtur dicere Græcos, solum septem diebus à cœna abstinere e quinque quidem diebus initio ieiunii, pridie Paschæ & in vigil. Epiphaniæ * Ieiunãt tamen in Maiore hebdomade, vt patet ex oratione Theoph. de S. Cruce * Est initiũ alicuius cãtici pridie

palmarum cantari cõ suer.

*Locus corrupt.

*nauerit præter vnum. Cùm igitur die Sabbatorum ieiunijs vacare faciant, & * omnia illa de festiuitate, etiam si maior septimana reliquis numeretur, euidentissimè constat, eos nõ habere quadrageſimam.*

Monachi extra claustrum pernoctantes, vt pecudes, singulis horis in plateis ipsi comedunt, de sinu, tanquam ex arca, fructus, vel aliquid vescibile extrahentes manducant. Declinant ad caupones, & calido Lyæo comesta inferiora credunt.

Penes Monachos non est vnum marsupium, sed oblati dicentem; nisi quis renuntiauerit omnibus, quæ possidet, &c. *Singuli habent singula. Græci nequaquam venerantes præceptum Apostolicum illud:* Vir si comam nutriat, ignominia est illi. *Omnes cum maximo studio incrementis operam præstant. Huius lapsus clerici maximè rei sunt & etiam Monachi, quos nullo modo decet nutrire, In corona moaum, sicut regula præcipit, tonsuram capillorum non faciunt, sed pene vt mulieres in fronte diuidendo discriminant, seruatis vndique capillis, vt colli nuda & aurium cartilagines protegant. Mulieres deserto naturali cultu capillorum, comis mortuorum densissimis se ornant contra monitionem beati Petri Apostoli dicentis:* Mulieribus non sit extrinsecus capillatura aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus. *Mulieres * fusco & puniceo facies suas pingunt, & varijs coloribus insigniuntur. Viri & mulieris sacramentum coniugij pro fatali reputant. Nam quotiens alter displicet, vel altera alteri, coram Prætore Vrbano voluntatibus eorum expositis, instrumentis & cingulis præcisis, sine contradictione viri vxores, & mulieres viros, pro libitu accipiunt, contra mandatum, quod dicit:* Quod Deus coniunxit, homo ne separet.

Luc. 14.

1. Cor. 11.

1. Pet. 3.

*fuco.

In

In domibus ſuis manſiunculas conſtruunt, in quibus Sanctorum imagines collocant, & eis omne obſequium exhibent lampadarum, cereorum, & incenſi: & ſynodales, quas Patres eorum conſtruxerunt; Eccleſias in ſolitudinem ſinunt, & in paupertatem redigi: & panè in cubilibus ſuis faciunt Miſſarum ſolennia celebrari, beato Sylueſtro hoc inhibente; nullus presbyter celebrare præſumat, niſi in locis ſactatis, in villis, in oppidis prouinciarum. *Vxores ſacerdotum, chorum ingredientes, oblatos panes de altari tollunt & obſequium Diaconi peragentes, cuncta, quæ in cunctis ſuis neceſſaria ſunt officijs Miſſarum præparant. Miſſam circa horam tertiam panè nullos auditores habens, ſacerdos celebrat. Et quod nefas puto, vxori, vel puero filio aſſociatus: quos non habet ſocios, vel comites ſalutando dicit*, pax vobis. *Omnibus in quadrageſimali tempore ſabbatis & Dominicis diebus miſſas celebrant & dominicum corpus conficiunt. Reliquis verò cum maior incumbit neceſsitas, miſſarum ſolennitates prorſus abdicantes, præſanctificatis vtuntur. In quadrageſima ſilentio commendant:* Deus Dominus & illuxit nobis: *quod reliquis anni temporibus decantant. Sacerdotes eorum, more Iudaico, promittunt barbas, quæ ſunt Dominico ſanguine, cum ab illis bibitur, madentes, ſuffocatorum nec abſtinent ſanguine. Nam turdos comedunt laqueis ſtrangulatos & alias aues, & inteſtina ſanguine porcino implentes, pro delicijs veſcuntur, contra Apoſtolorum decreta. Sanguine humano porcos alunt, qui artem * minuendi exercent. Cùm ad mortuum ſepeliendum conueniunt, noti amici & cognati accedentes, ei oſculum præſtant ſinguli tanquam * licentiam accepturi, more paganorum: qui ad mortuos intendebant verba hæc:* vade, cúm natura te vocauerit; ſequemur te.

* ſecandi venas.

* valedicturi

Mixturam ſanguinis prohibitam à ſanctis Patribus, faciũt ingiter. Nam conſobrini conſobrinas vxores ducunt. In baptizando præter Saluatoris præceptum Apoſtolorum q; conſuetudinem duo faciunt multùm ſuperſtitioſa. Vnum quidem, quod oleum per totum baptizandum perungit ſacerdos, ne aquæ tinctura illum pertingat; alterum verò, quod aquam fieri mandant calidam infantulum perpurgaturam; quod neq; Chriſtus, neq; aliquis diſcipulorum feciſſe legitur: quare duo baptiſmata faciunt cùm ſcriptum ſit: vnus Dominus, vnum baptiſma, vna fides. *Fruſtra quidem arguunt Latinos Græci, aquæ, qua per dies Dominicos in Eccleſijs ad ſanctificandum populum benedicitur: cum ſi hæc culpa ſit: ipſi multipliciter rei ſint. Nam ſinguli papyris oleo lampadarum ardentium coram imaginibus Sanctorum intinctis frontes ſuas perungunt, & aquaſe aſpergunt à reliquijs Sanctorum contacta: & in ſingulis Calenais diligentiſſimè aquam ſanctificant. Ad quam tollendam de vicinia venientes at q; aſportantes in domos ſuas non ſolũ ipſi aſperguntur,* * *verius delibant. Apoſtoli, Apoſtolorum q; ſucceſſores prorſus nõ etiã cum vxore coire, ne ſacerdotiũ polluerent permiſerunt. Græci verò ſacerdotes derelictis Sanctorum veſtigijs, vt animales, contrahentes matrimonium,* non percipiunt ea quæ Dei ſunt. *Et quod abominabilius eſt à concubitu mulieris ſurgentes ſancta prophanant myſteria: quæ pollutos, & recenter cum mulieribus coinquinatos, nullo modo admittunt.*

Ephes. 5.

* fort. verũ etiam delibant.

Chriſtum minus poſſe, quam κύριον, putant. Nam ex hoc probari poteſt, quod Chriſte eleiſon *nunquam concinunt: Kyrie eleiſon frequentiſſimè cantant in officijs ſuis. Prælatio ſacerdotij apud eos tantùm inter Monachos eſſe videtur. Soli enim Monachi poteſtatem ſoluendi, at q; ligandi exercent, quæ Petro Petriq; ſucceſſoribus principaliter eſt tradita. Qua de cauſa ſtudium ſingulare pecuniæ ſacerdotes in monaſtico habitu conſti-*

conſtitutos complectitur: multaq; inde facinora profluunt vt euaneſcant in cogitationibus ſuis & redargutionibus ſuis truces.

Nam quod in magno Conſtantini palatio diligentiſſimè obſeruatur, hoc Latinos facientes coarguunt: in Eccleſia vtiq; dicti palatij, vbi ſanctæ conſtituuntur Reliquiæ, ſanctæ Dei genitricis imago poſt altare ſita, quam quodam excellentiæ priuilegio vocant Dominam domus, *ſtatim à capite ieiunij in cõclaui clauditur, vſq; ad magnum Sabbatum: panno illius portæ operiuntur. Similiter autem Sancti* mantellis ſanctiq;* Koramidij* locos quadrageſimæ tempore vſq; ad illud ſabbatũ velaminibus tectos cuſtodiunt: ſanctæ Dei genitricis imaginem, vt filios parturiat, compellant; eaq; mediante, ipſam Domini matrem, vt commater fiat, accerſunt, hoc modo: Imagini ſindonem connectunt, & baptizatum puerum de manu ſacerdotis ipſa vt commater accipiat. Quam ſuperſtitionem à ſe fieri ſermone profitentur. Sed quod imago loquatur, aut fidem ſpondeat pro puero, aut teſtimonium reddat baptiſmi, niſi Deum contẽnat, quis audeat aſſerere? Nullam ſuperſtitionis ſpeciem volentes omittere, & viuos fratres habentes odio, Sanctos per ſuas imagines inunitos ſibi fratres faciunt. Qui enim non diligit fratrem ſuum, quem videt, Deum quem non intuetur, ueq; cognoſcit, quomodo diliget? Magis autem cùm ficta & ſimulata eſt & inunita fraternitas huiuſmodi; ære conducunt ſacerdotem, cùm in Eccleſia cantatur Miſſa: funduntur pro execrabili fraternitate preces non exaudiendæ. Animalis enim eſt huiuſmodi fraternitas, non ſpiritualis. Cerei ad minus accenduntur duo & perungitur oleo fictus frater, & ſanctam amplectitur imaginem, quam auſus eſt dicere fratrem, qui homicida eſſe cõuincitur, cum fratres ſuos viuentes odio habeat.*

*Locus corrupt.
* Quid no minis? *fortè, loculos.

Contradicunt Chriſto patenter, & ſuper ſanctiſſimo illius

*corpore verbis operibusq; occurſant. Nam, cum ipſe in azymorum panis ſpecie carnem ſuam diſcipulis dederit: hi aſſerunt azymos panes in carnem non poſſe conuerti per benedictionem. Quæ ex re Sacramenti corporis Domini, Latinos aiunt expertes. Sed ô Pelagiana incredulitas: ſi non credas latinum ſacerdotẽ incruentam immolare hoſtiam, conficere corpus CHRISTI, Hæreticus es. Nam multi per ipſam immolationem ſanctificantur, per quorum reliquias iugiter fiunt miracula. Rurſus ſi credis, Hæreticus. Nam deteſtaris quod Eccleſia Latinorum conficit corpus Dominicum: & potius vis in ſorte Iudæ traditoris annumerari, quam illius ſanctiſſimi corporis * participare. Sed attendere debet Chriſtianus quod ſicut vina diuerſa verbum DEI in ſanguinem: ita panes azymos & fermentatos non adeo differentes permutat in carnem. Si forte Latinus ſacerdos, quod vix permittitur, in Eccleſijs eorum, Dominica peragat: Græcus non niſi abluto altari ibidem celebrat. Vlterius Latinus cum Græca muliere volens matrimonium contrahere: iuramento compellitur deſerere communionem ſuam, confeſſionem ſuam, baptiſmum, ieiunium ſabbatorum, & CHRISTI carnis edulium. Omnis qui in * Regia Vrbe de fratribus Græcorum vxorem ducit, ſcripto ſpondet iuramento, quod deinde non manducabit in azymis carnem Domini: nec filios ſecundum ritum faciet baptizari, neque ſacerdoti latino peccata confitebitur, neque à Dominica quadrageſimæ vſque ad paſcha veſcetur carnibus. Græcorum ſacerdotes omnibus modis laborant oſtendere plus factis quàm dictis: quòd inuiolata fides ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ irrita ſit. Nam quemcunque Latinum ſibi aſſociant per fidem, ſiue latenter, ſiue patenter baptizant. Vnde Latinorum filios mediantibus matribus dicti ſacerdotes patribus neſcientibus rebaptizant baptizatos iã ſecundum ritum Latinorum.*

* participeps fieri.

* Conſtantinopoli.

Quod

Quod omnibus dictis superabominationibus detestabilius est. Ex indice hoc mellitum lac inter cæteras Græcorum consuetudines repertum, expressi: vt cum eo ipsi pectora purgauerint, ter plurium animarum se reos agnoscant.

Hæc ex supradicto libro Bauaricæ Bibliothecæ Constantinopoli olim compositio.

EXSTAT IN EADEM BIBLIOTHECA LIBER, IN QVO EXSTANT VARII GRÆCORVM CONTRA LATINOS tractatuli, inter cæteros etiam hic accusationum vel potius mendaciorum Index.

I. *Docent Latini spiritum sanctum non ex solo patre, sed ex filio procedere.*

II. *Symbolo fidei addiderunt illud:* Filioq;.

III. *In illo: Vnus sanctus, vnus Dominus, vnus Christus in gloria patris,* addunt: per spiritum sanctum.

IV. *Non scribunt: modicum fermentum totam massam fermentat, sed corrumpit. vt inde azyma sua constabiliant.*

V. *Sacros canones & sacras literas vix legunt. Canones verò & leges sibi esse aiunt iussa Papæ, qui pro tempore Sedem Romanam tenet. Præcepta verò eorum qui vita functi sunt, siue Apostoli: siue Patres fuerint, vnà cum illis mori arbitrantur.*

VI. *Iuramentum planè non arbitrantur prohibitum: eoque ad res planè friuolas & nihili vtuntur, pro nihilo reputantes Euangelicum illud:* Ego

verò

verò dico vobis, omninò non iurare: *& mori suo prætexunt, quod & Deus iuret. Exempli gratia,* Iurauit Dominus veritatem: *&*, per me ipsum iuraui.

VII. *Periurium ne tanti quidem faciunt. Imò & Papa ab omni periurio eos liberat, si quando pacta conuenta transgredi cogitant.*

Omendaciũ nullo Oceano eluendum. VIII. *Diuina scripta, luminum & Magistrorum Ecclesiæ Chrysostomi, Basilij & Gregorij non recipiunt.*

IX. *Epistolas S. Pauli contemnunt, quia dicũt eum non fuisse ex numero duodecim Apostolorum, neq; Christũ vidisse: neq; curant horrificam illam visionem, quæ Damascum eunti obtigit: neq; Christi ad Apostolum verba:* vas mihi electionis iste erit; vt portet nomen meum. *neq; curant stigmata, nec tertium cælum, nec immensos eius labores in propagando Euangelio, nec laborum fructum, conuersionem gentium.*

Act. 9.

CAPITA DE SACRIFICIO MISSÆ.

X. *Zymis in sacrificio Missæ vtuntur & fingunt hæc sibi tradita à S. Petro, eiusq; successoribus.*

XI. *Non accipiunt panem alicuius magnitudinis: neq; frangũt, neq; distribuũt; vt in mystica cœna Dominus tradidit,* * *sed frustulum azymi obulare solus sacerdos deuorat.*

* v. Diabolicã schismaticorũ malitiam.

XII. *Siue sit Episcopus, siue sacerdos, ipse solus oblationis sit particeps. Cæteros siue in sacris Ordinibus constitutos, siue laicos, osculo oblationis participes faciunt, nec apud illos locum habet illud. Qui manducat carnem*

*nem meam, & bibit ſanguinem meum, habet vitam aternam quandoquidem corporis & ſanguinis Chriſti non redduntur participes. In ſola paraſceue & in articulo mortis omnes communicant. Caterum neq; tunc quidquam accipiunt * ex azymo ab illis conſecrato, ſed ex quodam alio communi, & non oblato. Et huius ſui facti hanc reddunt rationem: quia neſcimus, quis ſit dignus. Quæ excuſatio aliud reprehenſione dignum innuit, quod non vtantur ſpiritualibus Patribus, hoc eſt, Confeſſarijs, nam ſi horum vſus foret, non ignorarent, quis dignus eſſet.*

* Impe. mend.

XIII.* *Qui apud illos ſanctificationem, hoc eſt Euchariſtiam, percipit, ore eluto, aquã in terram exſpuit, & pedibus conculcat. Si ergo myſteria illa ſunt Chriſti, qua ratione ita inhonorãtur: ſi verò inhonorãtur, quomodo ſunt Chriſti?*

*Mend fit hoc ante Commun.

XIV. *Idem ſacerdos apud Latinos bis & ter celebrat, & ſacrificat vno eodemq; die, idq; in vno altari vel diuerſis: & rurſus diuerſi per partes quilibet in vno altari.*

XV. *Mane celebrat, non tempore à catholica Eccleſia conſtituto.*

XVI. *Liturgiam à S. Chryſoſtomo compoſitam omninò aſpernãtur.*

XVII. *Vna merſione baptizant; verba illa enunciantes; In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: quo ſuo facto Trinitatis perſonas confundere videntur.*

XVIII. *Sola aqua baptizant, & baptizandum vngunt ſaliua in ſiniſtræ manus volam eiecta, & dextra deinceps excepta: inungunt baptiſmi candidatum. Nec ab Eccleſia Apoſtolica conſtitutum vnguentum recipiunt.*

XIX.* *Baptizatum iam ad virilem ætatem prouectũ, & peccatis*

* Ioquitur de confirmatione.

catis obnoxium oleo inungunt, in remissionem peccatorum & sic bis baptizare videntur.*

*calumnia

XX. *Episcopi eorum non sẽper cesecrant clericos & Episcopos; sed quater quotannis & solũ in solstitijs & Aequinoctijs, vere, æstate, & hyeme: in Mart. Iunio, Septẽb. Decẽb. & in prima quidẽ hebdomade Martij vel alterius ex prædictis mensibus feria quarta sacerdotes & Diaconos ordinant, alioq; clericos: sabbato autem Episcopos & alios sublimioris ordinis: descensum S. spiritus illis diebus circumscribentes, neq; ordinantis & ordinati virtutem ac probitatẽ descensionis & aduentus spiritus S. arbitrãtes.*

Mendac. & calumniæ.

XXI. *Multos simul ordinant Diaconos, sacerdotes & Episcopos. Successor defuncti Papæ sic constituitur. Eligit hũc synodus: electum q; adducunt ad mortuum: integrum ad dimidiatum: acceptam q; mortui manum imponunt collo viuentis, arbitrantur q; hanc esse vnctionem & consecrationem successoris. Et mox pro salute defuncti sacrificium offert, & de cætero strenuè pontificalia munia obire insistit, quasi iam legitimè vnctus.*

ænænias. o fabellulas Græcanicas.

XXII. *In Quadragesima quotidie Missam dicunt, nec vtuntur præsanctificatis.*

XXIII. *Sacerdotes eorũ vtũtur quibusdã expiationib⁹ & aspersionibus in remissionem peccatorũ, more prisus Iudaico.*

XXIV. *Præcipui Episcoporũ apud illos, cũ ad Liturgiã celebrãdã, processione instituta, ingrediuntur, nudos pueruulos antecessores habẽt, quos lymphis aspergũt, aiũt q; eos ex hac initiatione reddi innumerabiles & insuperabiles in bellis.*

XXV. *Eũ, quẽ ab excõmunicatione absoluũt, nudãt vsq; ad lũbos, percussum q; loris vel flagellis dimittunt, quasi iam reconciliatum, & in gratiam receptum.*

Mend. **XXVI.** *In æstiuo solstitio accumulant immũdorũ animaliũ, vt*

aſinorũ,canũ & ſimiliũ,oſſa,eaq; cõcremãt,& cineres inde acceptos injiciunt in aquam,eoſq; ad expiationem & ſanctificationem,eorum,qui aſperguntur,adhibent.

XXVII. *Initio ſuæ Quadrageſimæ,hoc eſt,fer.4. primæ hebdomadis,ex illis aqua miſtis cinerib⁹ aſpergũt ſacerdotes eos,q accedũt,in vertice,frõte,& facie,arbitrati inde ſubſidiũ & vim ad ieiuniũ cõparari. Ferunt eos cum panibus quibus veſcuntur;huiuſmodi cineres admiſcere. Quanta verò & quàm immenſa eſt hæc abominatio?* Meod.de mat. horũ cinerum.

XXVIII. *Dominica Paſchæ agnũ mactãt & aßãt,altariq; inferũt & menſæ imponũt, dũ Miſſa celebratur. Qua finita, carnes quidẽ agni comedũt;oſſa autẽ cõburũt: & cineres toto anno aſſeruant;ijſq; aſpergunt quos volunt ad ſanctificationem,vt putant.*

XXIX. *Pleraſq; Chriſti Seruatoris feſtiuitates intempeſtiuè & confusè celebrant,non ſecundum traditionem Patrum.*

XXX. *Papa & ſacerdotalis eius ordo remittũt cædes,periuria, & reliqua ſcelera p̃terita & futura;per q̃ hũc in modũ remißione donatis fores ad omnia facinora pateſaciũt,& q̃ ad huc magis ridiculũeſt,certo & præfinito tẽpore remißionẽ in futurũ cõcedunt,vt ad duos vel tres vel plures vel pauciores menſes,annos. Eũdẽ ludũ ludũt etiã quoad præterita,remittũt q; definitorũ annorũ,menſiũ, vel dierum delicta;nec poſſunt dicere,quibus Eccleſiaſticis inſtitutis & ſtatutis nixi hæc talia factitent.*

XXXI. *Nuptias innuptas,& nõ pficiẽdas ineũt. Nã duo fratres ducũt duas ſorores, & q ſuã filiã matrimonio iungit, inde iterũ cõſoceri ſui filiã fil ſuo vel fr. vel alteri cognato poſcit.*

XXXII. *Quinq; digitis obliquè & celeriter cruces efformant, & faciem ita conſignant.*

XXXIII. *Sacerdotes & Diaconos à coniugio arcent; & ab cõ-*

iugatis ſacerdotib⁹ ſacra munera accipere, abominãtur. Si qui vxorati presbyterio vel diaconatu initiantur, vxores ſuas dimittunt: & hoc in omnibus ſibi ſubiectis prouincijs, lege lata, obſeruari iubent. Multi autem hac lege ſpreta mortua priore coniuge duxerunt ſecundam. Nonnulli quoq; tertiam, & nihilominus ſacri ordinis miniſterja obire pergunt.

XXXIV. *Multi ex ordine Eccleſiaſtico impune apud illos ſcortantur, amaſia noctu admiſſa, quam iterum tectam dimittũt, nec factum hoc fornicationis, ſed innoxij ſomnij & phantaſmatis loco reputant.*

XXXV. *Sacerdotes eorum in prælijs pugnant, & quidem ante alios, manuſq; ſuas ſanguine contaminãt, dum interficiunt & interficiuntur, & homicidæ euadunt, manſueti ſcilicet Chriſti diſcipuli, qui manibus illis cruentis myſticum corpus & ſanguinem offerunt.*

XXXVI. *Iidẽ barbã radũt, & pilos totius corporis, rati hoc ad expiationem quendam conducere: Quod Iudaicum eſt.*

XXXVII. *Sacerdotes & alios ordinis Eccleſiaſtici inſepultos, octo diebus relinquunt, turpis lucri gratia.*

Sequitur hic in codice magna lacuna: & poſt lacunam ſequentia.

XXXVIII. *Eadem Dominica Paſchæ intra templum exſtruũt ſepulchrũ Domini & Saluatoris noſtri, ex veſtimentis cõmunibus, & quæ in vſu quotidiano. Ad hoc ſepulchrum accurrentes illud non ſecus adorãt: ac primũ illud, in quo Chriſtus conditus eſt, poſtea quilibet veſtimenta ſua reſumit, & ad corpus amiciendũ vſurpat, profanũ ſanctificantes: & id q̃ ſanctũ eſt profanãtes: & velut profanã ſcenam, tumulum, qui paulò antè illis veneration i erat, diſſoluẽtes, ludentes in nõ ludicris, puerorũmore, qui caſas mox deſtruendas exſtruunt.* Com.

XXXIX. *Communis est illis, vt plurimum altaris mensa: & in ea expansa lintea; quibus ex sacrificio vtuntur ad cœnam; & ex cœna ad sacrificium.*

XL. *Iter facientes secum ferunt azymum suum corpus Christi, tanquam commune viaticum in crumenulis iuxta femora dependentibus.*

XLI. *Ad altare, cuicunq; cupido, ingreditur. Etiam ipso tempore quo sacra peragũtur, cuiuscunq; sit, sexus, ætatis; ordinis; imò & ius intra altare dicunt: & cum sacerdotibus aliisq; ordinis sacri residentibus laici, qui aliquando etiam calcaria in calcaneis ferunt, virgasq; manibus tenentes clamant & reclamant, quæq; consueta sunt in populari prætorio, ea in ipsis altaris sacri abditis patrare audent. Aliquando & mulieres in solio Episcoporum sedent. Adeo apud illos, qui pietate potissimum excellere videntur, sanctũ à profano discernere norũt: quodq; sceleratius & profanius est, etiam immunda animalia, canes, inquã, ingredi sinunt cũ sacra hostia immolatur; & cum, quem pro viuifico ducunt, panẽ eleuant, canes ad sacerdotum pedes eos, qui templum intrant, allatrãt & tã circumstantibus quam sacrificantibus adulantur.*

XLII. *Cũ sacra leguntur Euangelia, & Missa peragitur, quin cũ & ipsa sacra dona promuntur, quicũq; volũt, sedent; nec illos post quoscunq; Deo decantatos hymnos sedisse, vitio vertitur. Causã rogati, respondẽt, se id facere, id circò, ne si stent, tumultũcieant, Deũq; iniuria afficiãt: quasi huiusmodi sessio nõ sit iniuria, sed honor Dei: Nulla ijs lege vetatur introducere in templa canes, vrsos, & id genus alia immunda animalia.*

XLIII. *Post mensam non accipiunt panagiam seu benedictionem in honorem sanctissimæ deiparæ: quin nos eam*

ob cauſam irrident ac ſubſannãt, quaſi Graci poſtquam ad ſatietatem comederunt ac biberunt, ſanctificationis ſe participes reddant, ſic rem ſacroſanctam ab ipſis p- fano loco habitã, ludibrio habent, hoc ipſo oſtendentes, quàm ſint in ſanctiſſimam Deiparam irreligioſo animo.

XLIV. *Græcos qui pietate maximè excellunt, Bogomilos nominant: & his aiunt religioſiores Armenios, quos vt germanos amant, noſq; Iudæis & Sarracenis peiores blaſphemant, Iudæoſq; vetus teſtamentum manibus circũferentes, reuerenter venerantur & amplectuntur.*

XLV. *Cædibus Chriſtianorum conſentiunt Epiſcopi præſertim Papa, beatoſq; qui eas patrant, pronuntiant.*

XLVI. *Eos, qui ex illorũ numero perimuntur beatos iudicant, rectaq; in paradiſum ingredi dicunt, licet ob auaritiã & homicidium, vel ob alia ſcelera pugnantes occubuerint.*

XLVII. *Quocunq; letho apud illos quis pereat, ſemper cauſantur* τὸ ζιζικὸν *eius, ſic enim barbara voce fortunam & fatum nominant.*

De amictu ſacro & ſimilibus.

XLVIII. *Papa, & eius Vicarij Cidarim geſtant, & Mandyam, fœminis conuenientem, & alia ſecundum mores veſtit⁹ in antiquo teſtamento vſitati.*

XLIX. *Neq; ex lana eſt, ſacerdotalis eorum amictus, ſignificãdo Chriſto inſtar agni pro nobis immolato: ſed ex pannis ſericis variegatis chirothecas vtraq; manu dũ rẽ diuinã faciũt, geſtant, & in dextra quidẽ ſcribunt,* tanq; ex nube: *In ſiniſtra:* Agnus Dei.

L. *Epiſcopi apud illos ſemper geſtant annulos rationem hanc reddentes, quod vt ſponſi ſuis Eccleſijs deſponſati ſemper*

per annulum ferãt. Adeo craſsè de myſterijs diuinis cogitant.

LI. *Eccleſiaſtici eorum & Monachi non vtuntur alia veſte quotidiana, quàm Laici, nec aſpectu ſacros à profanis internoſcere queas, quandoquidem & mentum radunt, muliebrem in morem:* Gloria enim eorum in confuſione eorum. *Veſtem communem ex pilis confectam habent: ſacram, ex holoſerico & lino, aduerſa frõte inſtitutis cath. Eccleſiæ repugnantes. Nõnulli Monachorũ perpetuò albis indumentis veſtiuntur, in ſignum, vt aiunt, virtutis & munditiei.*

LII. *Manducant ſuffocata & morticina, & à beſtijs capta; & ſanguinem: & immunda, & vros,* ὴ τὰς τζακάλας, *& teſtudines, & ericios, & cynopotamos, ſeu canes fluuiatiles, & cornices, & coruos, & delphinas, & mures, & ſi quid deteſtabilius.*

De cibis & id genus alijs.

LIII. *Non agnoſcunt Tyrophagam hebdomadem ab eſu caſei ſic nominatam. Sed in ea veſcuntur carnibus: & ſimul duobus diebus prima Quadrageſimæ ſeptimana. Feria quarta auſpicantur ieiunium: cauſſamq; reddunt, quod ab hac vſq; ad hebdomadem Palmarum ieiunium quadraginta dierum compleatur. Tam accuratè accurati iſti ieiunatores Quadrageſimũ numerum ineunt.*

LIV. *In Quadrageſima ſemel quotidie properanter comedentes, veſperi piſces ad ſatietatem manducant, & inebriantur, quibus & toto die bibere, nulla eſt religio, & tamen hac vnica ſua refectione ieiunium ſanctum, caſtum & inculpatum à ſe obitum exiſtimant.*

Omni-

LV. *Omnibus Sabbatis & Dominicis diebus totius. Quadrageſimæ caſeum & oua liberis dant comedenda: ijſdẽ veſcuntur ipſimet promiſcuè quinta magna feria; hoc eſt die Iouis ſancto.*

LVI. *Toto anno quauis quarta & ſexta feria piſces comedunt: quin & carnes; quarta quidem feria; omnes; ſexta, aliqui.*

LVII. *Quouis Sabbato ieiunant, veſperi cibum ſumentes. Nec carnes manducant, & quamuis in Sabbatum ipſa Chriſti Natiuitas, vel baptiſma; vel aliud ex primarijs feſtis incidat, ieiunium tamen non ſoluunt.*

LVIII. *Comedunt ſimul cum canibus & cicuratis vrſis, apponunt illis elingendos catinos & ſcatellas, ex quibus poſtea ipſimet rurſus cibum ſumunt.*

LIX. *Monachi eorum manducant adipem, & pinguedinem ſuillam, quæ carnibus adnaſcitur, hoc eſt, lardum, & prætextu cuiuſuis, etiam exigui morbi, carnibus veſcũtur Monachi & Laici in magna Quadrageſima, & ſi quis Monachus ordinetur Epiſcopus, impunè carnes manducat.*

LX. *Latini non vno modo ieiunant in Quadrageſima. Nouẽ quidem hebdomadas* οἱ λίχνοι, *ſex, Itali, alij, octo. alij, pauciores.*

Poſtea texit. Auctor prolixum Catalogum, & lõgam threnodiam eorum, quæ à Latinis Cruce ſignatis patrata ſunt, quando Conſtantinopolim occuparũt, ſub Balduino Flandriæ Comite, deinde multa nugatur vaniſſimè de conuenientia Latinorum cum Iudæis, cum Armenijs, cum Iacobitis, & alijs damnati nominis hominibus, ſed vanitas Græcanica ſatis ſuperq; pateſcit ex ſexaginta capitib⁹, quæ exſcripſimus, eo cõſilio,

filio, vt omnes intelligant, qualibus mendaciorum portentis, Græcorum ſcriptores imperitum vulgus à Latinis, atque a deo à ſede Petri abalienarint & abſtraxerint, nam pleraq; ex ſupra dictis capitibus vel ſunt manifeſta mendacia, vel criminationes, vel ritus adiaphori, quos pro varietate nationum obſeruare vel non obſeruare nullum penitus ſit piaculum.

Quod ſi capita quædã veritatis quid piã interſperſum habẽt; id tamen vel ex malitia vel ex inſcitia tot admiſtis pſeudologijs, obſcuratur, vt vix niſi à valdẽ attento verũ deprehendi queat. v. g. verum eſt; Latinos qnotannis Cenotaphiũ, ſeu, vt ipſe vocat, κενώφιον in honorem Chriſti ſepulti excitare; id tamen iſte à Paraſceue & Sabbato ſancto, ad ipſam Reſurrectionis Dominicæ ſolennitatem refert.

Verum eſt Pontificem ſummum dare Indulgentias, pro peccatis ſeu potius pro pœnis peccatorum præteritorum, & quidem certorum annorum, vel etiam plenariam abſq; temporis præfinitione: præterea dare Indulgentias, vt ſi quis futuro tempore in peccatum incidat; poſt legitimè per actam pœnitentiam, queat reſiduum pœnæ redimere. Id iſte vel imperitiſſimè vel fraudulentiſſimè ita interpretatur, quaſi Papa peccata pręterita, pręſentia & futura remittat, largamque omnium ſcelerum perpetrandorum poteſtatem faciat. Verum eſt, circa æſtiuum Solſtitium, feſto die S. Ioannis Baptiſtæ pyras in publicæ lætitiæ ſignum per compita accendi; at eas conſtrui ex oſſibus aſinorum, canum, & aliorum immundorum animalium, vanitas eſt Grecanica; vt & illud; Latinos his cineribus vti ad expiationem & purificationem animorum. Item ex his cineri-

bus in capite Ieiunij capita Latinorum aſpergi, eoſdemque cibis admiſceri. Quę omnia putida ſunt commenta, ab iſtis eo ingenio conficta, quo hodie noſtri Nouatores Catholicos infinitis mendatijs onerant eo ſolùm fine, vt plebem ſibi obnoxiam reddant, & à Pontifice Romano Petriq; ouili, ad ſua porcilia traducant.

CATALOGVS AVCTORVM, *qui pro Græcis & contra Græcos.*

PRIMA quæſtio & potiſſima, & ferè vnica initio erat de proceſſione ſancti ſpiritus, quam Græci ex ſolo patre; Latini ex patre & filio eſſe contendunt, & de additione illa ad Symbolũ; *Filioq;*. His enim duabus controuerſijs adiecerunt poſtea Græci, quidquid litis ac contentionis aduerſus Latinos excitarunt. Et quamuis huius controuerſiæ ſemina iacta fuerint à Neſtorianis in ſuo Symbolo, & à Theodoreto contra S. Cyrillum, quæſtio tamen hæc ſopita fuit, nec in apertum ſchiſma prorupit, donec tandem Diabolus ambitioſum Photium nactus, turbas, quas videmus & deploramus, excitauit, qui Photius nulla alia re, niſi ambitione, impulſus fuit, vt ſatis Caleca noſter docet, & fuſiſſimè Decimus Annalium Tomus Baronij oſtendit, præcipuè ad annum 867. vt & multis conſequentibus. Et quamuis Photio cathedram Conſtantinopolitanam adepto, incendium nonnihil quieuerit, vſq; ad Michaelem Cerularium Patriarcham Conſtantinopolitanum, nunquam tamen omnino exſtinctum fuit, ſed in multorum animis hæſit id, quod Photius tanta contentione & acerbitate Latinis Hæreſeos loco obiecerat. Et quamuis ante

te Photium hæc quæstio aliquando mota fuisset, vt patet apud Baronium Anno 867. nullus tamen exstitit ante Photium, qui se propterea alios q; Græcos à Latina Ecclesia seiungeret. Primus exstitit Photius, qui hoc tam sacrilegum facinus patrare non horruit.

Primus ergo huius nefarij & perniciosissimi Schismatis Auctor & incentor est Photius, qui illud non modò conflauit, sed & scriptis fouit. Exstat in Bibliotheca Bauarica Num. 115. liber Photij de Processione spiritus sancti contra Latinos, & inter Epistolas eius, Epistola Encyclica ad Patriarchales Sedes, in qua multa de Processione sancti spiritus fatuatur. Hunc suum ducem innumerabiles alij secuti sunt, vsq; ad hęc nostra tempora, qui partim prodierunt in publicum, partim adhuc in Bibliothecis absq; vllo damno latitant. Enumerabo aliquos, sed absq; temporis ordine. Primo esto Nicolaus Episcopus Methonæ cuius etiã Caleca meminit libro quarto. Reperitur eius liber de processione sancti spiritus in Bibliotheca Bauarica Num. 116. idemq; liber Gręcolatinus Num. 101. Ibid. eiusdem liber de Eucharistia in pane fermentato confiçienda. Item de ieiunio Latinorum in Sabbato, de Sacerdotum coniugio, & in quadragesima non esse perfectam Missam celebrandam.

II. Nicetas Pectoratus, quem refutauit Humbertus.

III. Nicetas Philosophus Byzantinus, cuius aliquoties Hugo Ætherianus mentionem facit in suo opere contra Græcos pro Latinis. Exstant Syllogismi Nicetæ in Bau. Biblioth. Num. 120.

IV. Metropolita Nicænus, hoc est, Eustratius, de quo noster Caleca.

V. Michael Cerularius Episcopus Constantin. & Leo Achridenus; Exstat Epistola vtriusque nomine scripta ad Ioannem Tranensem in Apulia Episcopum, vbi azyma & alia nonnulla Latinis exprobrant. Refutauit hanc Epistolã proprio libro Humbertus Cardinalis, syluæ candidę Episcopus, & ipse Leo IX. Pontifex. Vide Baron. Tom. XI. Anno Christi 1053. & 1054. Exstat eiusdem Cerularij similis argmenti Epistola apud eũd. Baronium Anno 1054. & Græcè in Cod. Bauarico Num. 118.

VI. Theophylactus Bulgariæ ArchiEpiscopus, qui in cap. 3. Ioan. Latinos ob processionem sancti spiritus perstringit. Et exstat in Bauarica Bibliotheca Num. 116. Colloquium eius de accusationibus Latinorum. Et ex illo de eadem controuersia inter Græcos & Latinos citat nonnulla Demetrius Chomatianus, vt infra dicemus. Neq; vixit Theophylactus anno DCCCLX. vel circiter, vt vulgò creditur; sed sub Michaele Duca circa annum 1073. & sequentibus Imperatoribus vsq; ad Alexium Comnenum, in quem Encomiasticam orationem habuit, quæ in Bibliotheca Bauarica asseruatur Num. 116. Vide Baron. Tom. XI. Anno 1073.

VII. Maximus Planudes, qui Syllogismos seu capita contra Latinos de processione sancti spiritus edidit. Exstant in Bibliotheca Bauarica Num. 115. vixit Planudes sub Andronico Palælogo Seniore, cuius missu Legationem obijt Aquileiam ob Venetos à Galatæ incolis violenter oppressos & mactatos

ctatos Byzantij, vt patet ex Eclogis libri noni Georgij Pachijmerij, quas ad finé Nicephori Gregoræ inuenies. Emendandum ergo, quod à nonnullis traditur, eum vixiſſe tempore Concilij Baſileenſis.

VIII. Nicolaus Cabaſilas, qui ſcripſit contra S. Thomam de proceſſione ſancti ſpiritus & alijs Græcorum opinionibus, Vixit ſub Ioanne Cantacuzeno Imp. vt patet in Hiſtoria Cantacuzeni, quapropter errat, qui indicem Chronologicum Auctorum tom. 9. Bibl. S.S. patrum confecit, cum Cabaſilam, vt & Nicolaũ Methonéſem refert ad ſeculum decimum quintum: cum Cabaſila ſub Cantecuzeno, Methonéſis circa tempora Manuelis Comneni vixerit.

IX. Gennadius Bulgarię Archiepiſcopus, cuius nugæ ſuperſunt in Bauarica Bibliotheca Num. 118.

X. Epiphanius Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, ſcripſit librum, quando Latini à recta fide deſciuerint. Biblioth. Bau. Num. 118.

XI. Iob Monachus, cuius exſtat Apologia in Biblioth. Bauar. contra Primatum Romani Pontificis ſub Michaële & Theodora Imperatoribus.

XII. Dialogus Andronici Sebaſti de proceſſione ſancti ſpiritus. Inter locutores ſunt Imperat. & Cardinalis. Biblioth. Bau. Num. 110.

XIII. Nilus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, ſcripſit libros 49. contra Latinos de proceſſione ſancti ſpiritus, Pontificis primatu &c. Bauar. Biblioth. Num. 124.

XIV. Marcus Metropolita Epheſi. Interfuit Concilio Florentino, interlocutoris munere functus, capitalis Latinæ Eccleſiæ hoſtis. In orientem reuerſus, concordiam factam fregit, & multa aduerſus Latinos ſcripſit: ex quibus in Bauarica Bibliotheca reperiuntur ſequentia. Numer. 102. Narratio de Concilio Florentino. Profeſſio fidei, & Epiſtola vniuerſalis ad omnes Chriſtianos. Dialogus Græci & Latini de additione illa ad Symbolum; *Filioq;* Num. 115. capitula Syllogiſtica contra Latinos. Libellus de verbis conſecrationis, ſeu quibus verbis Euchariſtia conſecretur.

XV. Metropolitani Achridenſi (in Bulgaria) prima & ſecunda συνασφορα ſeu congreſſio cum Latinis de proceſſione ſancti ſpiritus. Bibliot. Bau. Nũ. 116.

XVI. Palamas contra Ioannem Beccum de proceſſione ſancti ſpiritus.

XVII. Michaelis Patriarchę oſtenſio ad Regem, quod præſanctificatorum myſtagogia tradita fuit antiquitus: Et quonam modo huius myſtica conſecratio fit, & quare prohibita fuêre τὰ τέλεα in ſancta Quadrageſima. Catal. Vat. Bibl. apud Poſſeu. in fine ſacri Apparatus.

XVIII. Germanus Patriarcha Conſtantinop. de proceſſione S. ſpiritus. Item de azymis, purgatorio, & de tribus modis adminiſtrandi baptiſma. Poſſeuin. in Catal. Bibl. Conſtantinop. Eſt iſte Germanus non priſcus ille & ſanctus, ſed vnus ex recentioribus, & forſan ille, cuius de S. Cruce & imaginibus exſtant orationes aliquæ Tomo ſecundo de S. Cruce Iacobi Gretſeri.

XIX.

Digitized by Google

XIX. Metrophanes Episcopus Smyrnensis de processione sancti spiritus. Catal. Bibl. Heidelbergensis Num. 216. apud Posseu.

XX. Ioannis Patriarchæ Hierosolymitani disputatio cum Latino de Azymis. Cat. Heidelb. Num. 361.

XXI. Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus fusè de sancti spiritus processione disputat in secundo & tertio suo Responso ad Luteranos.

XXII. Maximi Margunij Episcopi Cytherorum Epistola de processione sancti spiritus. Præter hos sunt multi alii; sed istos percensuisse sufficiet. Vbiq; etiam Balsamon in suis libris Latinos perstringit: Pestilens enim Schismaticus fuit, vt & Ioannes Citrius, Zonaras, Gregoras, Choniates, & alij, quorum monumenta in volumine Iuris Græcoromani continentur.

PRO LATINIS CONTRA Græcos.

Primus sit noster Emanuel Caleca.

II. Demetrius Cydonius. Scripsit pro S. Thoma contra Cabasilam. Posseuin. in Apparatu sacro V. *Demetrius.*

III. Ioannes Beccus Patriarcha Constantinop. Bibl. Bau. Num. 115.

IV. Bessarion Cardinalis suo iure inter primos numerandus, tametsi æuo posterior. Eius plurima partim inedita, partim edita exstant de capitibus inter Græcos & Latinos controuersis monumẽta vtoratio dogmatica, quę cum Actis Concilij Florentini

rentini circumfertur, liber de processione sancti spiritus ad Alexium Lascarim. Liber pro Becco contra Palamã. Oratio ad Concilium Florentinũ. Apologia contra Planudem. Apologia contra Marcum Ephesinum. Bau. Bibl. Num. 115. Epistola ad Græcos Num. 55.

V. Gennadius Patriarcha Constantinop. pro Concilio Florentino Apologia. Exstat Latinè. Plura ad idem argumentum in Bibliothecis latent: digna, quæ eruditorum industria tandem in lucem extrahantur.

VI. Gregorius Patriarcha Constantinopol. scripsit librum de processione sancti spiritus ad Imperatorem Trapezuntinum. Apologiam contra processionem Marci Ephesini. Apologiam contra Epistolam vniuersalem eiusdem Marci, Biblioth. Bau. Num. 115.

VII. Georgius Trapezuntius ad Monachos, & Sacerdotes Cretæ de processione sancti spiritus. Eiusdem cohortatio ad Ioan. Palæologum Imp. Constantin. vt in Italiam ad Concilium nauiget. Bau. Bibl. Num. 115.

VIII. Latini cuiusdam demorantis in Suburbijs Parisiorum ad Manuelem Palæologum Imp. peregrinum in Gallia, per modum Syllogismi capitularis Epitome de processione spiritus sancti. Catal. Vatic. apud Possev.

IX. Disputatio, qua duo Doctores differunt de processione spiritus sancti, scilicet Manuel Chrysolora cum Georgio Palama, Metropolitano Thessalonicensi. Poss. in Catal. Biblioth. Constantinopoli-

politanarum, videtur esse Dialogus, cuius inter locutores Chysolora & Palamas. Nam inter hos duos reipsa coram non fuisse hanc disputationé institutam, inde liquet, quod Palamas longè sit antiquior quàm Chrysolora.

X. Iulianus Cardinalis scripsit contra Græcos, de Concilio Florentino, de Papa Eugenio, & de processione sancti spiritus. Posseu. in cit. catal. Constant.

XI. F. Ioannes Ord. prædicatorum, Magister prouincialis scripsit cõtra Grecos de diuina operatione, de fermentato & infermenttao pane, & de processione sancti spiritus. Catal. Constantinop.

XII. Fr. Franciscus scripsit ad Manuelem Corinthium Epistolas quatuor. Quarum prima est de azymis. Secunda; Quod Christus dixerit: *Ego te baptizo*; non, *baptizetur*. Tertia, de diuina actione, deq; lumine, quod in Monte Thabor apparuit: num fuerit creatum an increatum: & de transfiguratione Christi. Quarta, de purgatorio.

XIII. Nicephorus Blemmyda Græcus magni nominis scripsit pro Latinis contra Græcos, vt apparet ex libro quinto historiæ Nicephori Gregoræ. Citatur iste Blemmyda à Caleca lib. 4. cap. 10.

XIV. Andreæ Scoccares tractatus contra Græcos de processione sancti spiritus, de defunctis, de azymo, & primatu summi Pontificis. Cat. Bibliothecæ Cardinal. Sirleti apud Posseu.

XV. Andreæ Episcopi Megarensis Tractatus de Grecis errantibus, & eorũ erroribus. Idem Catal. Sirl.

XVI. Fantinus Vallaressus Cretensis Archiepiscopus. cõtra obtrectatores vnionis Græcorũ. Id. Catal. Sirl.

XVII. Antonius Meſſana contra errores Græcorum. Idem Cat. Sirl.

XVIII. S. Thomas contra errores Græcorum.

XIX. S. Anſelmus de proceſſione ſpiritus ſancti contra Græcos.

XX. Hugo Ætherianus ſcripſit libros tres de proceſſione ſancti ſpiritus contra Græcos. Exſtãt Tom. 9. Bibl. S.S. P.P.

XXI. Humbertus Cardinalis, Epiſcopus Syluæ candidę ſcripſit inſignem librum contra Michaelem Conſtantinopolitanum, & Leonem Achridenum in Bulgaria Epiſcopos. Alium contra Nicetam Pectoratum. Vterque exſtat ad calcem Tomi XI. Baronij, & Tom. VI. Antiquæ lectionis D. Henrici Caniſij. qui hæc Humberti monumenta ante Card. Baronij & ex Bauarica Bibliotheca deprom ſerat & euulgarat.

XXII. Barlaam de Seminaria Epiſcopus Gyracenſis ſcripſit eruditas Epiſtolas ad amicos ſuos in Græcia. Exſtant Tom. V. Antiq. Lect. D. Caniſii.

XXIII. Leo IX. Pontifex Max. in Epiſtolis ſuis, maximè in illa, contra Michaelem Conſtantinop. & Leonem Archridenum.

XXIV. His accedant Concilia hanc eandem veritatem contra Græcos teſtantia, in quibus primas tenet Concilium Florentinum, Græcè & Latinè euulgatum, in quo proceſſio ſpiritus ſancti luculentiſſimè eſt aſſerta.

AD

AD DISPVTATIONEM CALECÆ de additione illa ad Symbolum: Filioq;.

AVDISTI, quæ sit sententia Calecæ, de tempore additionis illius ad Symbolum: FILIOQVE. Nunc audi, quid de ea re scribat Illustrissimus Baronius, Tomo X. Anno Christi 883. Num. XXXIV. *Quando, & qua vrgente causa & necessitate id exigente factũ sit, vt illa quatuor Syllabæ* FILIOQ. *Symbolo adderentur, modò aperiendum. Quam diu ea veritas non sic impugnata est, vt penitus negaretur; nihil huiusmodi vnquam ab Ecclesia Romana præsumptum est, vt syllabæ illæ inferrẽtur in Symbolum Nicænum, siue dixerimus Constantinopolitanũ, licet (vt vidimus) vehementissimè exigeretur per Legatos à Concilio Aquisgranensi sub Carolo Magno Romam missos, resistente (vt audisti) Leone Tertio Romano Pontifice, eo clypeorũ argenteorum nobili monumento antiquitati Ecclesiasticæ consulente. Vbi autem Schismaticorum procacitas eo deuenit, vt Catholicum dogma non impugnarent tantum, sed destruerent atq; tanquam alienum à Fide Catholicæ condemnarent, & exploderent velut hæreticum; id q; non priuatis agerent tantummodo scriptoribus, sed collectis conciliabulis, mentito q; (vt vidisti) nomine vniuersalis Concilij, id ipsum decretis Synodalibus confirmarent, at q; confirmatum promulgarent, quod à Photio factum magna præsumptione vidisti: id vbi magno præiudicio Catholicæ Fidei tum præsumptũ viderent Romani Pontifices, vbi nec spes esset aliqua correctionis; ad retundendam Schismaticorum temeritatẽ, non tam inferendas in Nicænũ Symbolũ illas quatuor syllabas, Filioq, quã diu antea illatas recipere, sapientissimè decreuerunt, quo significaretur non communicare Catholicæ Ecclesiæ, qui à Symbolo ab Ecclesia Romana recepto dissentire inueniretur: Quonam pacto*

quasò ijdem paterentur, à schismaticis haberi hæreticos, & vt hæreticos in ipsorum Conciliis condemnari huiusmodi veritatis professores omnes Romanos Pontifices; atq; inconsulta Romana Ecclesia, Patriarchas Constantinopolitanos heredes Photiana impietatis de dogmatibus desinire sententias, & omnes Occidentales Ecclesias condemnare? Quamobrem recipiendum esse cum illo additamento, seu potius explanatione Nicænum Symbolum statuerunt, consentiente vniuerso Occidentali orbe Catholico, cùm plura in Hispania primùm, inde in Gallijs generalia Concilia (vt est demonstratum) id decreuissent, atque etiam promulgassent. Quod insuper Schismatici Orientales obstinatè adeo resiliissent, vt ausi essent inferre anathema (vt vidisti) in Romanos Pontifices id sentientes: ipsis renitentibus, inconsultis id facere iure placuit.

Quisnam autem Romanorum Pontificum primus id statuerit, vt reciperetur Symbolum cum ijsdem duabus dictionibus, FILIOQVE: *scimus viros doctos in his inuestigandis plurimum laborasse, & ad tempora Nicolai vel circa id retulisse. verùm si id fuisset: certè Photius altius in ipsum Nicolaum Pontificem declamasset, qui ea in Symbolum intulisset: cùm duabus epistolis acerbissimè in Romanam Ecclesiam inuehatur, si ea in Nicænum Symbolum intulisset. Autor Græcus anonymus, qui inter alia Græcorum monumenta positus habetur in Vallicellana bibliotheca, id primum factum à Christophoro Papa tradit, atque affirmat, vsq; ad illud tempus omnes, qui præcesserunt, Romanos Pontifices in ipsorum fidei professione asseruisse abs q; aliquo additamento spiritum sanctum à patre procedere; ait q; post recensitos prædecessores Pontifices: Qui verò ipsum sequuti sunt Formosum Bonifacius, Stephanus Romanus, Theodorus, Ioannes, Benedictus, Leo, successores noua huiusmodi doctrina Formosi, in omnibus fuerunt ipsi discordes, qui secretò, à Filio quoq; procedere spiritum*

ritum ſanctum aſſerebat; cum tamen in epiſtola ad ſedes Patriarchales miſſa de ſolo patre fecerit mentionẽ: poſt quos cũ Chriſtophorus Papa Romanus creatus fuiſſet, in fidei confeßione quam miſit ad Conſtantinopolitanum Patriarcham, nempè in Symbolo, à filio quoq; ſpiritum ſanctum procedere, auſus eſt dicere. Qua de cauſa poſtea à Sergio Patriarcha qui præceſſit Cerularium, è dyptichis ipſe Chriſtophorus expunctus eſt. hæc ibi.

Subijcit vero eundem Chriſtophorum omnes qui poſt eum ſucceſſerunt Pontifices, eſſe ſecutos, vt pariter in Symbolo ponerent FILIOQ. *hæc ſunt quæ ex Græcorum fontibus, cænoſis licet, hauſta deponimus. Verum nullo pacto poſſent tribui iſta Chriſtophoro, qui inuaſor Apoſtolicæ ſedis, mox ſede pulſus perbreui tempore eam tenuit tumultuosè. Ceterum rem tantam ſeriò factam eſſe, ſumma tranquillitate, conuocato Romæ Concilio, q de his aduerſus Græcos ſcripsêre commentarios teſtati ſunt. Græci autẽ calumniosè à Chriſtophoro id factũ dixêre, quẽnouêre infami ingreſſu turpißimũ. Cum tamen rem tantam maiori ocio, conſultu totius Occidentalis Eccleſiæ, & vrgente neceſsitate eſſe peractam, & à Pontifice qui in ſede Petri legitimè ſederit, abſq; controuerſia à Latinis omnibus affirmetur.*

Quod enim à Romano Pontifice legitimo Petri ſucceſſore, congregato Concilio, ſit factum AEtherianus affirmat, qui & de ipſius definitione obiter partem decreti recitat paulo poſt hîc deſcribendam. Quod etiam neceſsitate vrgente in Concilio Florentino verbis iſtis aſſeritur: Maximo in Gallia & Hiſpaniis Schiſmate imminente, cum iam EX FILIOQ. *paßim celebraretur: Romano Pontifici fuit neceſſe in multorum Occidentalium amplæ dignitatis, magniq; conſilij patrum conuentu, addito Ex filioq; Symbolum magis illuſtrare. hæc ibi. Id ipſum Eugenius Papa in decreto confirmationis eiuſdem Concilij factum docet licitè, & rationabiliter, vt ait, declarandæ veritatis gratia, vr-*

gente neceſsitate. A Pontifice Romano itidem congregato Concilio id actum: AEtherianus docet his verbis: Nulla inſimulatione, nulla reprehenſione, nullaq; calumnia notandus eſt antiquioris Romæ Antiſtes, quod cauſa interpretationis dictionem vnam, dico autem ex Filio procedere ſpiritum, ſanctorumq; pluriũ Epiſcoporum, ſcientiſſimorum Cardinalium conſenſu habito expoſuerit. Licuit enim ei, ſemperq; licebit fratres confirmare, decreta edere, cudere interpretationes, ſicubi aliquid obſcurè ſcriptum ſit, & de voluntate ſcriptoris argumentari, iudicio voluntatis illius relicto facere, hoc perſuadente. Is enim eſt, cui oues & agni commiſsi ſunt; & idcirco non ſolùm ſcripti recitator eſſe debet, verum interpres illorum, quæ adſcripta non ſunt, vt caput ouium, Dei paſtor. Et poſt nonnulla, eodem argumento inculcato ſubijcit, dicens: Qua in re, manifeſtum, antiquioris Romæ Præſulem, poteſtatem à Petro accepiſſe, Fidem renouandi (vt verbis patrum vtar) habendi curam & regnum omnium Sacerdotum, quin etiam omnium Chriſtianorum. Ergo qui reſiſtunt primæ ſedis, immò totius orbis Præſuli, Chriſti diſpoſitioni reſiſtunt, & niſi reſipiſcant, contummaciæ iudicio plectentur. Et inferius.

Quare palam & publicè ſit ex his, nequaquam licere cuipiam omnium calumniari ſanctiſſimam, & magnam, omniumq; Principem Romanam Eccleſiam, quaſi aliam Fidem conſcripſerit, aut compoſuerit, aut docuerit. Nam neq; affert, neq; perdocet, neq; aliud tradit Symbolum, ſi editum à ſanctis Patribus interpretatur, non perpetiens Fidem labefactari, apud quos ſemper effulſit: Quæ licet primatum habeat, attamen humiliat ſeipſam, reſpondendo, quod Chalcedone celebrata Synodus quondam ſe calumniantibus reſpondit: Iniuſtè (inquit) arguor, dum non Fidem, ſed memoriam renouo: non apposui, non ademi ſalutari Symbolo, ſi dictionem occultam manifeſtaui. Renouaui enim vt Patres ante dicti Fidem, & apposui Nicænæ, Conſtantinopolitanæ,

atq;

atque Chalcedonenſi Synodis, ſed nullo modo illis contraria, quia dum illorum Patrum veſtigia ſequor, ſolummodò quæ tunc quæſita non ſunt, tempore poſt, per interpretationem & appoſitionem verbi; quod non perſpicuè ab omnibus intelligebatur, enucleaui. His ſubiicit iſta AEtherianus: AEquum igitur eſt ratum habere, quod tanta Eccleſia decernit, quod tantus Pontifex enuntiat: Sea quisnam fuerit Pontifex iſte, ſilentio reliquit obſcurum, qui illis temporibus notus omnibus, etiam abſq; aliqua expreſſione, quis eſſet, habebatur expreſſus.

Idemq; auctor poſt multa in eandem ſententiam, hac definitione, quæ ſunt dicta reſtringit. Quicunq; ergo nauiculam Petri ſpernit, incautè nauigat; & niſi plumbeas moles peruicacitatis reiiciat: influent maria, &c. Hæc cum AEtherianus dicat, atq; de voce addita, Filioq; recitet verba decreti Romani Pontificis, non niſi Pontificis auctoritate, id factum eſſe apertè ſignificat. Porro idem pariter AEtherianus eodem commentario Photij de eadem quæſtione in Latinos ſcribentis, quæ retulimus, argumenta egregiè ſoluit.

Quàm inſuper Photius (vt reliquas calumnias in dicta epiſtola ſparſas confutemus) quàm inquam calumniosè ſuæ ipſius ſententiæ aſſertorem appellet Hadrianum Romanum Pontificem, eius nominis primum, nempè ipſum in literis ad Taraſium datis eſſe profeſſum, ſpiritum ſanctum à patre procedere, & non à filio: ne te, lector, diutius in his detineam, & eadem ſæpè repetere, iterumq; tedio ſcribere ſim coactus, per lege, quæ ſuperiori Tomo, ſuo loco ſunt dicta anno redemptoris octingenteſimo ſeptimo, in actione ſeptima Nicæni Concilij poſterioris, vbi plura inuenies, quibus redarguas impoſtorem. Hæc Baronius.

AD

AD CAP. IX LIBRI VI.

HVIVS Nicolai Methonensis Episcopi exstant in Bauarica Bibliotheca sequentes libri Num. 101. *Liber de Processione S. Spiritus Græco Latinus. Eiusdem liber de Eucharistia, in pane fermẽtato conficienda. Liber de ieiunio Latinorum, in Sabbato, & de Sacerdotum coniugio, & quod in Quadragesima non sit perfecta Missa celebranda.* Num. 116. iterum exstat liber *Nicolai de Processione S. Spiritus.* Num. 129. *Eiusdem Nicolai discussio Theologica institutionis. Procli Platonici philosophi, &c.*

Insigniter porrò hallucinatus est Vulcanius Caluinista, præfatione in librum Nili, de primatu Pontificis Romani, quem post Illyricum tenui operæ pretio latinè & Græcè euulgauit. Nam imprimis confundit Nicolaum Methonensem cum Nicolao Cabasila, cum Methonensis vixerit sub Manuele Comneno Imperatore Constantinopolitano, cuius res gestas Nicetas Choniates, septem libris descripsit, vel etiam ante Manuelem; Refutatur enim liber Nicolai Methonensis ab Hugone Ætheriano, qui sub Manuele Comneno Constantinopoli degebat, vt ipse docet in proœmio sui libri; Nicolaus autem Cabasila vixerit sub Ioanne Cantacuzeno Imp. Constantin. circa Annum 1357. vt patet ex Historia Ioannis Cantacuzeni nuper publicata. Itaq; duobus propè sæculis Methonensem à Cabasila distare oportet; cum Manuel imperare cœperit Anno 1143. secundum Chronicon Onuphrij. Cantacuzenus 1341. simili hallucinatione adscribit Methonensi. *Explicationem Missæ, quæ fertur inter Tractatus Ligurticos; & orationes septem de vita in Christo.* Sex non pridem edidit ex Bibliotheca Bauarica Iacobus Pontanus Societatis IESV de literis Latinis

&

& Græcis præclarè meritus.) Fallitur Caluiniſta, opera hæc non ſunt Nicolai Methonenſis, ſed Nicolai Cabaſilæ; cuius forſan nec proauus æuo Nicolai Methonenſis natus fuerat. Non impari ineptia & oſcitantia in vnũ conflat Nicolaum Methonenſem & Nilum Archiepiſcopum Theſſalonicenſem: cum pluſquam ſeſquiſæculo diſtent, vt notum ex Chronologia, etiam illa, quã Freherus Iuri Græcoromano præfixit; vbi Nilus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis refertur ad annum Redemptoris. M. CCC III.

AD CAPVT X. LIBRI IV.

EST is, qué interpres vocat *Regem*, rectius appellaſſet *Imperatorem*, Michael Palæologus, qui in Concilio Lugdunenſi Græcanico errore relicto, cum Latinis dexteram iunxerat; ægerrimè id ferentibus cum alijs, tum Andronico filio & ſucceſſore in Imperio, qui parenti in caſtris & expeditione Theſſalica, vita functo nullos penitus honores habuit; de quo Nicephorus Gregoras, ad rabiem propemodum ſchiſmaticus, iſta libro 5. circa finem, *Filius eius Imperator Andronicus, quamuis adeſſet, patrem Imperatoria ſepultura adeò non honorauit, vt ne plebeia quidẽ ſit dignatus: præterquàm quod iuſſit, vt noctu pauci quidam cadauer procul à caſtris abductum, multa terra obruerent: id modò cauens, ne Imperatorium Cadauer, à feris diſcerperetur. In cauſa erat, quòd dum viueret, à recta Eccleſia doctrina deſciuiſſet, quod factum filius, etſi patrem adamabat, & pietate filios omnes at q; obſeruantia ſuperabat, ex animo, vt poſtea dicemus, clam oderat. Ac Michaëlis Palæologi hic exitus fuit: viri natura decori, cum grauitate quadam, & digna principe*

maiestate. Erat porrò in eo robur corporis, & rei militaris peritia, diuturni temporis parta exercitationibus. Cum autem & prudentia & eloquentia valeret, in rebus gerendis multo fuit acrior. In Imperij principio, munificentissimus esse visus, vt subditorum animos nimirum sibi conciliaret: deinde modum sumptibus adhibuit, cum varia bella existerent, quæ diuturnos & magnos sumptus citra vllam detrectationem postulabant. Nec desunt, qui eum afflicto animo, & perpetuo turbata conscientia fuisse dicant, ob innouatum dogma, quod eo amplexus fuerat, vt Imperium ad liberos suos propagaret: à quibus id scilicet honoris ei exhibitum, vt ne Imperatoria quidem sepultura ornaretur, Ecclesiæ sanctiones patriæ pietati longè præferentibus.

AD IDEM CAP. X.

CElebérrimus fuit iste Nicephorus Blemmyda apud Græcos validusq; Latinæ & orthodoxæ sententiæ aduersus Græcos assertor. Quod nec Nicephorus Gregoras dissimulare potuit; qui in libr. 5. vbi agit de Beco Latinorum itidé postea patrono, tametsi prius aduersario, testatur Becũ ad Imperatoris Michaëlis & Latinorũ sententiã amplectendam, inductũ esse lectione librorũ Nicephori Blémydæ de processione S. spiritus. Accipe verba Gregoræ. *His temporibus magnæ Ecclesiæ Cartophylax erat Becus, excellenti vir ingenio, & in doctrinæ studijs, ab ineunte versatus ætate: præterea tantis naturæ donis ornatus, quantis quisquam alius, illius ætatis. Nã & proceritate corporis, & maiestate vultus, & facundia, & vbertate atq; acumine ingenij, oẽs ad res apti, alijs dotibus præstabat. Quibus id erat consecutus, vt & Imperatoribus & principibus, & omnibus eruditis venerabilis, atque*

Digitized by Google

que illustri apud eos s fama esset. Qui cum Imperatorio decreto acriter aduersaretur, Imperator nihil non tentauit, tam per se ipsum, quàm per alios eruditos, vt eruditis & legitimis rationibus eum adduceret, vt decreto assentiretur. Verùm ille ingenij acumine, & copia orationis omnium animos commouebat. eorumq; argumenta veluti Penelopes telam retexebat. Nam Græcarum literarum doctrina, erant qui illum superarent: sed acumine ingenij, & eloquentia, & Ecclesiasticorum dogmatum vsu; omnes cum illo collati, pueri videbantur. Ea sæpè frustratus Imperator, aliam viam init, eumq; & omne ferè genus eius in teterrimos carceres conijcit. Quibus peractis, tandem in mentem venit Imperatori, eandem rem à Latinis ante annos XXV. Ioanne Duca, rerum potiente agitatam fuisse: ac tum doctum extitisse virum, Nicephorum Blemmydam, (cuius exstant nonnulla monumẽta, cùm alibi, tùm in Bibliotheca Bauarica, num. 108. & num. 151. vt testatur illius Bibliothecæ catalogus Ingolstadij typis excusus) *diuinarum literarum peritissimum, qui cum se in otium contulisset, multa à sacra Scriptura testimonia, quæ dogmata Latinorum confirmare viderentur, colligere ac conscribere cœpisset: clàm ille quidem, infamiæ metu, sed tamen scripsisse quædam. Quæ tum Imperator Becomisit, quibus ille pellectis, Sanctorum libros è quibus Blemmydes ea collegerat, prudenter admodum postulauit, ijsq; lubentissimo Imperatore acceptis, in eo occupabatur, vt diligenter illos legeret, expenderet, ad verbum conferret. Itaq; breui tempore eum testimoniorum aceruum coëgit, quæ integra volumina complere possent: & qui dudum acerrimè Latinis aduersabatur, mutata sententia, victoriam faceret ambiguam. Quamobrem Patriarcha, sede conscensa, Imperatori vnus fuit omnia, & lingua, & manus, & acuti script oris calamus, & dicendo & scribendo, & dogmata statuendo:*

*eius certaminis adiutoribus Melitenote & Metochite, Imperatorij clericarchi diaconis, & Georgio Cyprio. Nullus tamen eorum omnium ad Papæ rationem liturgiam celebrârat: nisi quod * Freriorum nonnulli potestate data, semel in Blachernio templo id fecerunt, suffragio cuiusdam è familiaribus.*

* fratrum. hoc est Monachorũ.

AD CAP. XII. LIB. IV.

EXperientia multorum constat, aquam baptismalem pridie paschatis, vel pentecostes consecratam diutissimè manere incorruptam, & in lib. prorsus excellenti Reformationis Stiriacæ, Carinthiacæ, & Carniolanæ, edito â R. D. Iacobo præposito Staynizensi, parte prima, c. 9. memorabilis hac de re exstat historia.

FErner haben die Herrn Comissarij reformiert zu Weissenfels/ da sie in der Kirchen zu S. Leonhart den Tauffstein beschlossen/ vnd also verwart/ vñ mit consecriertem Tauffwasser angefüllet funden / wie er vor 29. Jaren beschlossen/ vnnd das Wasser darinn/ von einem Catholischen Priester dazumal gesegnet worden / als nun Herr Bischoff solchen Tauffstein eröffnet / hat sich befunden / daß bemeltes Tauffwasser dermassen so schön sauber / rein vnd klar gewesen/ als wann es erst auß einem schönen Bronnen wäre geschöpfft worden/ darob sich nit allein Herr Bischoff / sonder auch alles Volck sambt jme aufs höchst verwundert.

AD

AD CAP. XIII. LIB. 13. DE TONSVRA CRINIVM ET BARBAE.

MIchael Cerularius Patriarcha Constantinopolitanus, variorum errorum Latinos insimulat in Epistola ad Petrum Antiochenũ Patriarcham, apud Baronium Tom. XI. anno Christi 1054. num. 33. & seqq. Inter cætera sic b acchatur insanus ille Cerularius. *Certò scito, quod non vnica tantùm sagitta, azymorum videlicet errore confossi sunt Romani (quod omnibus aperte patet) sed multis & alijs diuersis: quapropter illos omninò auersari necesse est, & quæ quidem Iudæorum more peragunt, talia sunt, vt error, qui illis tribuitur de azymo, & quod suffocatum comedunt, & barbam radunt, & sabbata custodiunt, & comedunt immunda, monachi carnibus vescuntur, nidore videlicet suis, & larido omni, quod vsq; ad carnem pertinet. Et quod etiam attinet ad primã hebdomadam quadragesimæ & aliã etiam hebdomadam quinquagesimæ, qua nos ouis tantum & lacte vescimur, & propterea Casei hebdomadam illam appellamus.*

Sed præter hæc talia & huiusmodi se habẽtia, in sacro symbolo hanc etiam adhibent additionem, malè & perniciosè sentientes. Ita enim se habet. Et in spiritum sanctum, Dominum, & viuificantem, qui ex patre, filioq; procedit. In sacra etiam Missa illud, vnus, sanctus, vnus Dominus Iesus Christus in gloria Dei patris per spiritum sanctum, alta dicunt voce. Præter hæc, nuptias sacerdotum prohibent, illos videlicet, qui vxores habent, vt nullo pacto sacerdotij dignitatem consequantur, permittunt, sed innuptos manere volunt eos, qui sacerdotes esse cupiunt. Duo etiam fratres duas ducunt sorores. Et in sacra Missa tempore communionis alter ministrorum comedens azyma,

alios amplexatur, & panem illis largitur. Episcopi annulos etiã gestant in manibus, quasi vxores Ecclesias accipientes, & arrhabonem ferre dicunt. Ad bellum etiam exeuntes, manus suas sanguine coinquinant, & in conspectu suo animas occidunt, & occiduntur: quemadmodum etiam à nonnullis, qui hoc affirmant, accepimus. Sacrum baptisma ita peragunt, vt eos, qui baptizantur, vnica mersione baptizent; In nomine patris & filij & spiritus sancti, dicentes. Sale etiam praterea eorum, qui baptizantur, ora implent. Male etiam Apostolicum illud accipientes, q̃ ait. Modicũ fermentũ totãmassãfermentare: ipsi verò ita scriptum habent: Modicum fermentum totam massam corrumpit: contendentes hac modica huius verbi occasione tollere fermentum, quod panem subleuat & attollit. Quin imò Sãctorum reliquias illorum nonnulli non venerantur, nec sanctas etiam imagines. Sanctos etiam illos & magnos Patres nostros Basilium & Chrysostomum cũ reliquis Sanctis non connumerãt nec illorũ doctrinã omninò recipiunt. Alia etiam faciũt multa, quæ singula enumerare esset molestum. Audisti lector, inquit Illustrissimus Cardinalis Baronius, quẽnam Cerularius obijciat in Latinos? quæ cuncta vel oĩnò falsa, vel leuia, nec obseruatione digna quisq; prudens facilè iudicabit, & penè talia esse pleraq;, quibus non debeant accusari Latini, sed eiusdẽ Cerularij imperitia egregiè fugillanda, & redarguenda temeritas. Illa verò per calumniam illata portentosa mendacia, quibus Latinos nõ esse cultores sanctorũ reliquiarũ, atq; eorũ imaginũ, nec cõnumerare Basiliũ, & Chrysost. cũ alijs Sanctis, quæ portẽtosus ipse mentitur: quis non intelligat? & q, obiicit de sacerdotibus præliantibus, æquè sentias calumniosè, platũ. Non id ex institutione prodijt occidentalis Ecclesiæ, q̃ eiusmodi sæpe improbauit, atq; damnauit, sed quo-

quorũdã vitio, vt alia queq; peccata, quorũ vel cogitatio ſola ad tribunal perferri debeat pœnitentiæ. Sed audiq̃ ſint reliqua eiuſdẽ epiſtolæ, quibus excuſat ſe, Latinorũ accidere vitio, vt cum illis non poſſit inire concordiam ſancireq; pacis fœdera, cum talia agant, quibus ſint ab omnibus execrandi. Ait enim.

Cum ita q́ hoc pacto viuant & iſtiuſmodi moribus ſint educati, & quæ apertè ſint legib⁹ vetita, & interdicta, & execrata, facere audeant; quomodo inter eos, qui orthodoxi ſunt, collocãdi ab ijs, qui rectè ſentiunt, iudicabuntur? Nunquid equieẽ ideo crederẽ? qui verò iſtos ita ſentientes rectè facere fuerint arbitrati, eandẽ cum illis ſortiantur portionem. Nunquam n. nos ipſos æmulabimur in hac ipſorum concordia & confeſſione. Nec ita, inquam, mente capti erimus, vel noſtro ſenſu priuati, vt hãc ſequamur viam. Hæc verò hac de cauſa voluimus nos percurrere, vt ſcire valens tua beatitudo, quæ ab iſtis peragantur, nõ putet eos circa azyma tantum errare quemadmodum nos etiam hucuſq; putauimus: ſed cum nouerit illos præter hæc ipſorum errores, cum illis eos numeret, cum quibus digni ſunt vt connumerentur. Quod verò omnium eſt grauiſſimum & intolerabile, & eorum amentiam ſatis ſuperq; declarat, illud eſt. Dicunt n. quod non acceperunt hæc tanquam vt ab alijs edocerentur; ſed potius vt alios ipſi docerent: fore etiam, vt perſuadeant nobis ſequi dogmata. Et hoc inquiunt cum imperij poteſtate & inuerecundia maiore. Dominus Deus beatitudinẽ tuã cuſtodiat incolumẽ multis annorum curriculis pro nobis Deum orantem.

Sed accipe, q d Petrus Antiochenus Cerulario reſcripſerit. Exſtat n eius epiſtola reſponſoria apud eundem Baronium. *Quid noſtra intereſt, quod illorum ſacerdotes barbam radant? quid etiam quod illi annulos geſtent in ſymbolum contracti cum ſancta DEI Eccleſia connubij? Nos etenim*

alios amplexatur, & panem illis largitur. Episcopi annulos etiã gestant in manibus, quasi vxores Ecclesias accipientes, & arrhabonem ferre dicunt. Ad bellum etiam exeuntes, manus suas sanguine coinquinant, & in conspectu suo animas occidunt, & occiduntur: quemadmodum etiam à nonnullis, qui hoc affirmant, accepimus. Sacrum baptisma ita peragunt, vt eos, qui baptizantur, vnica mersione baptizent; In nomine patris & filij & spiritus sancti, dicentes. Sale etiam praterea eorum, qui baptizantur, ora implent. Male etiam Apostolicum illud accipientes, q ait. Modicũ fermentũ totãmaſſãfermentare: ipsi verò ita scriptum habent: Modicum fermentum totam massam corrumpit: contendentes hac modica huius verbi occasione tollere fermentum, quod panem subleuat & attollit. Quin imò Sãctorum reliquias illorum nonnulli non venerantur, nec sanctas etiam imagines. Sanctos etiam illos & magnos Patres nostros Basilium & Chrysostomum cũ reliquis Sanctis non connumerãt nec illorũ doctrinã omninò recipiunt. Alia etiam faciũt multa, quæ singula enumerare esset molestum. Audisti lector, inquit Illustrissimus Cardinalis Baronius, quęnam Cerularius obijciat in Latinos? quæ cuncta vel oĩnò falsa, vel leuia, nec obseruatione digna quisq; prudens facilè iudicabit, & penè talia esse pleraq;, quibus non debeant accusari Latini, sed eiusdẽ Cerularij imperitia egregiè fugillanda, & redarguenda temeritas. Illa verò per calumniam illata portentosa mendacia, quibus Latinos nõ esse cultores sanctorũ reliquiarũ, atq; eorũ imaginũ, nec cõnumerare Basiliũ, & Chrysost. cũ alijs Sanctis, quæ portẽtosus ipse mentitur: quis non intelligat? & q, obiicit de sacerdotibus præliantibus, æquè sentias calumniosè, platũ. Non id ex institutione prodijt occidentalis Ecclesiæ, q̃ eiusmodi sæpe improbauit, atq; damnauit, sed quo-

quorũdã vitio, vt alia quęq; peccata, quorũ vel cogitatio ſola ad tribunal perferri debeat pęnitentiæ. Sed audiq̃ ſint reliqua eiuſdẽ epiſtolæ, quibus excuſat ſe, Latinorũ accidere vitio, vt cum illis non poſſit inire concordiam ſancireq; pacis fœdera, cum talia agant, quibus ſint ab omnibus execrandi. Ait enim,

Cum itaq; hoc pacto viuant & iſtiuſmodi moribus ſint educati, & quæ apertè ſint legib⁹ vetita, & interdicta, & execrata, facere audeant; quomodo inter eos, qui orthodoxi ſunt, collocãdi ab ijs, qui rectè ſentiunt, iudicabuntur? Nunquid equieẽ id ego crederẽ? qui verò iſtos ita ſentientes rectè facere fuerint arbitrati, eandẽ cum illis ſortiantur portionem. Nunquam n. nos ipſos æmulabimur in hac ipſorum concordia & confeſſione. Nec ita, inquam, mente capti erimus, vel noſtro ſenſu priuati, vt hãc ſequamur viam. Hæc verò hac de cauſa voluimus nos percurrere, vt ſcire valens tua beatitudo, quæ ab iſtis peragantur, nõ putet eos circa azyma tantum errare quemadmodum nos etiam hucuſq; putauimus: ſed cum nouerit illos præter hæc ipſorum errores, cum illis eos numeret, cum quibus digni ſunt vt connumerentur. Quod verò omnium eſt grauiſſimum & intolerabile, & eorum amentiam ſatis ſuperq; declarat, illud eſt. Dicunt n. quod non acceperunt hæc tanquam vt ab alijs edocerentur; ſed potius vt alios ipſi docerent: fore etiam, vt perſuadeant nobis ſequi dogmata. Et hoc inquiunt cum imperij poteſtate & inuerecundia maiore. Dominus Deus beatitudinẽ tuã cuſtodiat incolumẽ multis annorum curriculis pro nobis Deum orantem.

Sed accipe, q d Petrus Antiochenus Cerulario reſcripſerit. Exſtat n eius epiſtola reſponſoria apud eundem Baronium. *Quid noſtra intereſt, quod illorum ſacerdotes barbam radant? quid etiam quod illi annulos geſtent in ſymbolum contracti cum ſancta DEI Eccleſia connubij? Nos etenim*

et enim etiam coronam in capite gestamus, pro veneratione prae-cul dubio principis Apostolorum Petri, super quem Dei Ecclesia est super aedificata. Quod enim impij illi ad contumeliam illius sancti excogitarunt: hoc nos piè ad gloriam, & honorem ipsius facimus. Romani quidem barbam radentes: nos verò in capite coronam gestantes. Auro etiam exornamur & nos, chirothecas, & manipulos, & stolas auro contextas habemus. Quod verò immundis rebus vescantur, & monachi carnes comedant, & nidorem suillum: inuenies etiam huiusmodi res, si diligenter inquiras, à nonnullis nostrorum fieri: Bythinij enim & Thraces, & Lydi comedunt picas, corniculas, & turtures, & terrestres echinos, quorum vsum indifferentem Patres nobis reliquerunt. Nulla enim creatura Dei est reprobanda, si cum gratiarum actione sumatur: idq; nos docet vas illud sindonis è cœlo demissa. Inquit enim B. Basilius: sicut in oleribus quod noxium est ab inuicem segregamus, ita à carnibus quod noxiũ est ab vtili distinguimus. Herba enim est aconitum, sicut caro vulturis, nihilominus neq; tosciamum comederet aliquis sanus mente, neq; carnem canis attingeret absq; aliqua magna necessitate vrgente, ita vt qui comederet non mal efeciſſet. In leguminibus verò & oloribus nidorem suillum immiscere, hoc etiã à sanctis Patribus permissum est & decretum, præsertim illis, apud quos bonum oleum non reperitur. Inquit praterea in sua regula B. Basilius, quod ciborum differentia nihil prodest. Socij praterea sancti Pachomij sues alebant.

Quod verò suffocata ipsi comedũt, & duæ sorores duobus fratribus cõmiscentur, puto hæc fieri absq; Papæ permissione, vel ab alijs Pontificibus hæc parui pendi. Id verò contigit fieri propter eorum audaciam, qui hæc facere non dubitant: qualia etiã in nostro Romano Imperio multa præter leges etiam execranda fieri contigit, quæ nos ignoramus. Inuenies siquidem etiam in

ipsa

ipſa Conſtantinopoli, & extra eam multos, qui ſanguinem ſuillum comedunt. Vide itaq; venerabiliſsime Domine, quomodo nos multa eorum, quæ à noſtris perperam fiunt, negligentes, & prætermittentes, diligentius, quam par eſt, res alienas curioſe indagamus, & de illis verba facimus.

Erant & olim & ſunt hodie inter Græcos duri quidam Capitones, vel potius *Rupicones*, qui ſimpliciter tãquam prophanum & impium damnabant & proſcribendum clamitabant, quidquid apud Latinos diuerſum à ſuis moribus & ritibus videbant. quaſi totus mũdus cum Græcanicis conſuetudinibus ſeſe conformare deberet: alij prudentius & benignius agendum cenſebant; inter quos & Theophylactus Bulgariæ Archiepiſcopus, inquit Demetrius Chomatianus, in Reſponſis ad Conſtantinum Cabaliſam Archiepiſcopum Dyrrachij Tom. 1. Iuris Græcoromani in Reſponſo ad hanc quæſtionem: *quo iure cenſentur conſecrata à Latinis azyma profana an ſancta? item eorum miniſterio ſeruientia raſa, & ſacerdotales amictus, & ſi quid huiuſmodi, & an conſentaneũ ſit annulum ab ijs geſtari.* Iſti inquam, quibus & Chomatianus ſuffragatur, præter ſententiam de proceſſione ſpiritus ſancti, vix quidquam in Latinis abſolutè damnabant; ſed conſuetudines eorum, quamuis diuerſas, tolerandas iudicabant: grauiterq; obiurgat Theophylactus, (cuius verba Chomatianus exſcribit) eos, qui omnes Latinorum conſuetudines erroribus annumerabant; quarum aliæ ſunt ex religione, *vt exhibere oſcula ſacris pauimentis*, (*non enim ſanè admittamus Satanicam illam calumniam, Latinos venerationem imaginum non admittere*) *aliæ ſunt ex diſpenſatione, quæ cum infirmitate diſpẽſat, forſitan quidem & animæ, omninò autem corporalem;*

vt monachos in agrotationibus ſumere carnes; idq; ſobriè, & re-uera ſpiritualiter. Quorum nihil diſtrahere nos poteſt neutiquã ſiquidem iudices habeat, ſententiam ferentes legibus conſentaneam: & niſi longa mihi futura eſſet oratio, & inſtar hiſtoriæ, antiquorum Patrum mores tibi oſtenderem innumerabiles in fraternarum animarum acquiſitionem cedentes, nouerant enim non ſibi ipſis placere, ſed vnuſquiſq; proximo, in bonum & ædificationem Verum nunc (heu faſtum hydropicum) & quis eſt proximus meus? & ſtantium decem millia deijciemus vt noſtrã impleamus voluntatem.

Subdit Chomatianus de Theophylacto. *Deinde grauiter inſectatur, qui indiſcriminatim & impudenter Latinicos mores reprehendunt, eoſq; maximis & reijciendis erroribus adſcribunt.* Tandé de annuli geſtatione Latinis Epiſcopis vſitata ſic apud eundẽ Chomatianũ ſcribit Theophyl. *Annulum ferre, ijs quidem, qui ſecundum ſpiritum ambulant, ſpiritualiter accipitur. Quemadmodum enim Chriſtus Eccleſiæ, mundarumq; & virginearum animarum nominatur ſponſus: ſic qui vbiq; ſunt ſanctarum Eccleſiarum præſules, ſponſi appellantur, annulo accepto, vt ſpiritus ſigillo. Quod & Saluator in digito, id eſt, ſancto ſpiritu, ſe dæmonia eijcere incredulis dicebat Iudæis, qui eum conuitio, quaſi Beelzebub haberet, conſectabantur. Et prodigum filium reuerſum aureo annulo exornauit, videlicet hunc faciens ſpiritalem pro carnali. At Latinis non ſpiritaliter, ſed carnaliter, neq; ſupramundanè ſed mundanè annuli appellationem accipientibus, ſtudio magno affectatum eſt annulos geſtare, vtpote Eccleſiarum ſponſis. Ideoq; neq; hoc illis notam inurit.*

Eidem Chomatiano ꝓpoſita fuit hæc quæſtio. *An fraudi ſit Epiſcopo, ingredi Latinorum Eccleſias & ibi adora-*

(re, cum ab eijs euocatus fuerit. Et an ijs)

panem

panem fractum distribuet, cum in sancta & catholica (hoc est Græca) *Ecclesia liturgia interfuerint Rigidiores* (schismatici) *planè abnuebant. Clementiores & molliores hoc responsum cum Chomatiano dabant, Episcopus accersitus in Ecclesias Latinorũ sine dubitatione veniet. Sanctarum enim imaginum sunt, & hi cultores, & in suis templis eas erigunt. Et accedentibus ijs fractionem prompté largietur, cum in Ecclesia catholica aderunt. Huiusmodi enim consuetudo potestatem habet paulatim eos omninò attrahendi ad sacros nostros mores, & dogmata. Repletur autem & Italia diuinorum Apostolorum & martyrum templis. Inter quæ summum obtinet locum Romæ inclytũ Petri Apostolorum coryphæi templum. In quæ nostrates ingredientes, tam Ecclesiastici ordinis, quam Laici, vota faciunt ad IDeum, & Sanctis, qui in eis coluntur, debitam venerationem & honorem exhibent. Nec præiudicium inde vllum sustinent, cum videlicet in Latinorum sunt templis.*

Postea reprehendit Balsamonem, qui in Rèsponsis ad Marcum Patriarcham Alexandrinum, quæ exstant ibidem Tom. primo Iuris Græcoromani, pro sua, qua in Romanam Ecclesiam, ferebatur insania, vniuersim aiebat, nil commercij cum Latinis habendum, sed omnia eorum instituta cum Græcanicis non conuenientia, reijcienda. Sed hanc Schismatici capitis sui duritiem, nec contribulibus quidem suis vniuersis probare potuit.

Proposuerat Ioann. Episcopo Citrio hanc quæst. Constantinus Cabasila Archiepiscopus Dyrrhachij: *Orthodoxi Romani* (scribe, schismatici Græci) in Latinis Ecclesijs sepeliuntur, decantati à Romanis & Latinis simul: item, Latini morientes, à Romanis &

Latinis vna carminibus indistinctè celebrantur: censuræ hoc obnoxium est, an non?

Respondit Citrius. *Scripturæ lectio veteris & nouæ, item precationes & musici cantus, & diuina templa, veneratione sq; pretiosæ Crucis & sanctarum imaginum, Latinis sunt nobiscum cõmunia. Non est igitur dissentaneum, neq; pietatẽ vllo modo offendens, Latinos sepeliri in Romanis templis, & vt à Romanis Latinisq; sacerdotibus mortuis funebres psalmi decantentur, neq; enim locus facit mortuos apud Deum reiiciendos: & Latinorum de ijs psalmodia non est pagana, sed ex diuinis, nostra sententia, scripturis.* Et nonnullis interjectis, subiungit Citrius. *Restat igitur esse composibile Christianorũ* (Græcorum) *in Latinis templis sepultorum funus: quandoquidẽ etiã illic pretiosæ Crucis imaginũ, est erectio & veneratio.*

PRO CAP. 15.

VT olim liuida & inuida Iudæorum pectora Christo hanc quæstionem posuerunt: *quare discipuli Ioannis & Pharisæorũ ieiunãt, tui autẽ discipuli non ieiunãt:* ita & Græci sc hismatici olim & hodie posuerunt & ponũt, Latinis hanc quæstionem: *Quare feria quarta & sexta non ieiunatis: licet enim feria sexta à carnibus abstineatis, non abstinetis tamen ab ouis, caseo, lacticinijs, &c. Cur Quadragesimam vernã aliquot diebus serius, quàm nos auspicamini? Cur vobis ignota sunt ieiunia diei festi SS. Apostolorũ? cur Natalis Christi? cur obdormitionis deiparæ virginis? cur illud, quod Transfigurationis Christi festum antecedit?* quæ omnia ieiunia Græcis vsitata sunt, & quidem adeo, vt multi eorum ante festum Apostolorum & Natiuitatis Christi integram quadragesimam sibi æque ac ante Pascha indicant, & quidem summo

Marci 2.

ſummo rigore, vt vel ex his, quæ ſubnectam, intelliges.

Anno Dñi 1203. propoſuerat Marcus Alexandrinus Theodoro Balſamoni varios caſus (qui exſtant Tom. 1. Iuris Græco Romani l. 5.) inter cæteros etiã hunc. *Ieiuniũ ſoluens carnibus, caſeo, & ouo, hoc eſt, qui carnes, caſeũ, & oua comedit) dieb⁹ Merc. & Veneris totius anni, venia dignus, an nõ?*

Reſpondit Balſamon. *Sexageſimus nonus canon ſanctorum Apoſtolorum ait. Si quis Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel lector, vel cantor, ſanctam Paſchæ quadrageſimam non ieiuniat, vel quartum diem, vel paraſceuen, præter quam ſi propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur: ſi ſit autem laicus, ſegregetur. Qui igitur ſine corporali infirmitate violat dies Mercurij & Veneris, punitur iuxta canonis huius tenorem. Quando vero propter imbecillitatem coactus fuerit diſſoluere, piſcib⁹ vel oleo moderabitur ægrotationis afflictionem. Carnes enim, vel caſeum, aut ouum attingere non fuerit conceſſum, licet extremam efflet animam, neq; in magna quadragena, neq; in qualicunq; Mercurij aut Veneris die. Sufficit enim ei, qui neceſſariò per aridorum eſum magnificare debet dies Mercurij & Veneris, per oleum & piſces morbi acerbitatem mitigare.*

Vides ſeueritatem ſchiſmatici Balſamonis. Qui tamen excipit quaſdam dies Mercurij & Veneris, vt eas quæ noſtram ſexageſimam & has quæ noſtrã Quinquageſimam antecedunt, vt & illas, quæ in Paſchalẽ hebdomadem incidunt; in cuius omnibus diebus concedit eſum & vſum carnium; quod illud ſeptem Paſchaliũ dierum interuallum pro vno reputetur die Dominico, vt ait Balſamon.

Propoſuit idem Marcus eidem Balſamoni etiam hanc quæſtionem. *Ieiunia diei feſti ſanctorum Apoſtolorũ,*

& natalis Christi, & obdormitionis sanctæ Deiparæ, & Saluatoris, inexcusabilia sunt, an prætermittenda & indifferentia?

Respondit Balsamon, *Constantinopolitana quidem sancta synodus, in diebus sanctiss. illius patriarchæ, ** interrogata, an oporteat Augusti mensis ieiunium seruare; respondit, id ieiunium mutatum esse, ne cum paganis ieiunijs, quæ eodem tempore fiunt, concurrat. multi tamen homines id ieiunium adhuc obseruant. Nos autem cũ ea, quæ ad hoc pertineãt, eõsideraũerimus defendimus ieiunia necessario præcedere hæc quatuor festa: nimirum festum sanctorum Apostolorum, Natalis Christi, transformationis Christi & Dei nostri, & obdormitionis sanctæ Deiparæ, sed tantum septem dierum. Vnum n. est quadraginta dierum ieiunium sancti & magni Paschatis. Quod si quis plus quã septem diebus circa festum sanctorum Apostolorum, & festum Natalis Christi ieiunet, seu sponte, seu à fundatoria regula impulsus, non vituperabitur. Quomodo autem, & propter quid ante vnumquodq; horum quatuor festorum ieiunare debeamus, declaratur in synodali decisione, de eo à nobis facta. Qui igitur non ieiunãt ante vnumquodq; horum quatuor festorũ, sine vlla omninò excusatione, magnis emendabuntur pœnis.*

Similia fermè scribit Balsamon in scholijs ad interrogationes quorundam Monachorũ, quæ exstant post Nomocanonem Photij; vbi ait, ieiunium in Augusto, cœptum olim primo die Augusti, & illud ante Natalem Domini, decimo quarto die Nouembris: vtrumque tamen ipse septem duntaxat diebus circumscripsit.

Sed quidquid isti de suis ieiunijs prædicent, melior est charitas & concordia, quàm ieiunatio, nec propter diuersitatem ieiuniorum scindenda est Ecclesia, præ-

sertim

sertim cum Latinis sua quoq; sint ieiunia carni macerandæ & in seruitutem redigendę satis apposita, multiq; ex monasticæ vitæ professoribus frequentia & austeritate ieiuniorum cum Græcis certent, si eos non planè superant. Nec necesse est plura hac de re addere, satis Græcorum iactantiam contundit Caleca noster, si cui tamen hæc non sufficiunt, is adeat Possevini libellum, quo capita in quibus Græci & Rutheni à Latinis dissentiunt, complexus est. Exstat in eius Moscouia.

PRO CAP. 16. LIB. 4 CALECAE.

VT ea quæ de ieiunio Sabbati Caleca pro Latinis disputat melius intelligantur, adscribere placet, quæ hac de re rediſputat Illustriſ. Cardin. Baronius, anno xpi 57. n. 202. *Vetus est illa quæstio, de qua, vt tradit Hieron. ad Luciniũ scribens, Hippolytus Martyr, & alij nobiles scriptores cõmentarios edidêre; Cur Romæ ac nõnullis alijs in locis Occidentalis Ecclesiæ susceptus additusq; his est dies sabbati ieiunandus: cum idem ieiunium Orientalis Ecclesia execrata esse videatur ab ipsis rerum christianarum primordijs? Nam (vt vidimus) Ignatius ad Philippenses scribens hæc ait: Si quis Dominicam diem, aut Sabbatũ, vno excepto, ieiunarit, hic Christi interfector est. Rursus etiã est de eadem re Apostolicus dictus canon in hac verba: si quis clericus Dominicũ diẽ, aut sabbatum vno solo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor; sin autem laicus, à communione deycitor. Eadẽ & apud Clementem. Est quoq; canon quidã, sed suppositus sextæ synodo, quo etiam ab Ecclesia Romana proscriptum dicitur ieiunium Sabbati, sed de impostura illa suo loco fusiue*

dictum

dictum sumus. Cur verò tanti criminis reus constituatur ex sẽtentia Ignatij, qui die Dominico, vel Sabbatho ieiunasset, diligenter causa perueſtiganda eſt. Par quidem ratio in vtriſq; licet ex causa diuersa prouenit. Nam hæretici, de quibus nuper diximus, qui Christi resurrectionem negabant, cùm Christiani ea potißimum die gauderent: ipsi in mœrore eandem diem ieiunãtes ducebant. Aly verò qui Deum Hebræorum orbis conditorẽ & legis auctorem malum esse Christumq; ad eum destruendum veniſſe dicebant; quòd ille quieuisset die septima, & in eius honorem Iudæi sabbatum diem colerent, ipsi in eius contumeliam eadem die Sabbathi ieiunabant. Horum origo à Simone Mago semel exorta in Menandrum, Saturninum, Basilidem, Cherinthum, atq; Carpocratem eſt infeliciter propagata: teſtatur hæc de his omnibus Iræneus, sed latius Epiphanius, & aly plures.

Vixerunt omnes hi eiusdem Ignatij temporibus, qui suis scriptis eosdem eſt insectatus, fideleſq; vt ab his cauerent, & ne sicut hi, Sabbato ieiunarent, admonuit. Horũ impietatis hæres factus eſt Cerdon, cui Marcion succeßit, quorum omnium licet essent diuersi circa rectam fidem errores, in eam tamen sẽtentiam æquè oẽs conspirarunt, vt Deum, quem dicebant auctorem mundi, traderent esse malum, & quod ad hanc partem spectabat, in eiusdem Dei contumeliam Sabbato ieiunarent. Nam de Marcione hæc memoriæ prodidit Epiphanius Sabbatum verò ieiunant ob hanc causam: quoniam Dei, inquiunt, Iudæorũ eſt requies, qui mundum fecit, & in septima die quieuit; nos ieiunamus hanc, vt ne officium Dei Iudæorum faciamus. Hæc ex ipsorum verbis recitat Epiphanius de causa eius diei suſcepti ieiunij: ex quibus etiam cæterorum qui eadem de Deo Hebræorũ sentiebant, proditur eiusdem ratio inſtituti. Vnde & manifeſta certaq; redditur causa, cur orthodoxi Orientales, penes quos

ea

ea prædictorum inualescebat hæresis, à Sabbati ieiunio temperarent; & cur illud Ignatius tantoperè execraretur. At in eorum detestationem non tantum illud penes eos introductum fuit, vt diem Sabbati absq; ieiunio ducerent, sed etiam vt magna cum hilaritate transigerent, sacrosq; conuentus perinde ac ipsa die Dominica habẽrent. Sũt de eiusmodi institutione complura antiquorum testimonia; & vt incipiamus à Clemente cuius nomine inscriptũ volumen de constitutionibus Apostolicis è Græcorum profluxisse fontibus, qui accurate perspexerit non inficias ierit; hæc apud ipsum leguntur: Sabbatum & Dominicum, diem festum agimus; quoniam illud naturæ conditæ est monumentum; hic rẽsurrectionis. Vnum autem Sabbatum seruandum nobis est in toto anno, quod pertinet ad sepulturam Domini, in quo ieiunare oportet, non festum agere. hæc ibi. Eadem complures alij: nam id Socrates his verbis confirmat: Cum, inquit, festa cuiusq; septimanæ occurrebant, videlicet Sabbatum & dies Dominicus, in quibus conuentus in Ecclesiis fieri solent, &c. sed longè antè Gregorius Nyssenus in ea oratione quam habuit aduersus eos qui ægrè ferunt reprehensiones, hæc eadem in hunc fermè modum: Quibus oculis vides diem Dominicum, qui despicatus es Sabbatum? Anne scis quòd hi dies fratres sunt? quòd si alterum probro affeceris alterum offendis. Et Anastasius Nicænus: Sabbatũ inqt, & dies Dominicus sunt dies sancti, & festi, neq; licet in eis ieiunare. Sic igitur cùm eam diem hæretici (vt vidimus) contumelijs afficerent, quòd Deus Hebræorum, quem malum dicebant, cùm mundum creasset, quieuisset; contraria ratione Catholici non Iudaizantes quidem, sed vt Deum patrem omnium, creatorem cœli & terræ, solenni (vt par erat) celebritate venerentur, debitisq; tanto Numini obsequijs colerent; in eius honorẽ Sabbatum nõ secus ac Dominicum diem in Christi Redemptoris gloriam, celebrandum esse duxerunt: & sicut nefas duceba nt die Dominica ieiunare, ita etiam Sabbato, quòd celebris dies esset, execrandum planè (s-

ſe putabant. Sed id piè quidem, religioſèq;, non autem (vt dictum eſt) iudaicè; quod faciebant, vt ſcribit Euſebius, Ebionæi.

At cum hæc ſeruarentur in Oriente; quænam cauſa ſubijt vt in Occidente ac potiſſimum Romæ fideles Sabbato ieiunarent? Sed quænam à nonnullis allatæ ſint cauſæ, primùm omnium in medium afferamus. Auguſtinus ſcribens ad Caſulanum hæc ait: Eſt quidem & hæc opinio plurimorum, quamuis perhibeant eſſe falſam plerique Romani, quòd Apoſtolus Petrus cum Simone Mago die Dominico certaturus, propter ipſum magnæ tentationis periculum, pridie cum eiuſdem vrbis Eccleſia ieiunauerit, & conſueto tam proſpero ac glorioſo ſucceſſu, eundem morem tenuerit; eumq; imitatæ ſunt nonnullæ Occidentales Eccleſiæ. hæc Auguſtinus; eandemq; cauſam affert Caſſianus. Alia rurſus cauſa redditur ab Innocentio Romano Pontifice in ea quam ad Decentium Eugubinum Epiſcopum ſcribit epiſtola: Sabbato, inquit, ieiunandum eſſe, ratio euidentiſſima demonſtrat. Nam diem Dominicum ob venerabilem reſurrectionem Domini Ieſu Chriſti non ſolùm in Paſcha celebramus, verùm etiam per ſingulos circulos hebdomadarum ipſius diei imaginem frequentamus. At ſi ſexta feria propter paſſionem Domini ieiunamus; Sabbatum prætermittere non debemus, quod inter triſtitiam atq; lætitiam temporis illius videatur incluſum. Nam vtiq; conſtat Apoſtolos biduo iſto & in mœrore fuiſſe, & propter metum Iudæorum ſe occuluiſſe: quod vtiq; non dubium eſt, in tantum eos ieiunaſſe biduo memorato, vt traditio Eccleſiæ habeat, iſto biduo Sacramenta penitus non celebrari: quæ vtiq; forma per ſingulas tenenda eſt hebdomadas, propter id, quòd commemoratio diei illius ſemper eſt celebranda. hæc Innocentius: quibus non tantùm Romanæ Eccleſiæ rationabilis conſuetudo probatur, ſed & Orientalis Eccleſiæ vſus rituq; redditur magis magiſq; firmata. Namſi

pra-

prædicta ex causa, quod sublatus est sponsus, Orientales itidem (vt dictum est) Sabbato maioris hebdomadæ ieiunare soliti sunt: quænam adduci ex parte potest ratio diuersitatis, si eiusdem hebdomadæ per singulas sequentes cuiusq; mensis septimanas (Quinquagesima tantùm excepta) eadem ieiunia quartæ & sextæ feriæ reuoluerentur; Sabbati verò nequaquam? Vnde & Innocentius iure subdit: Quod si putant semel atq; vno Sabbato ieiunandum: ergo & Dominica: & sexta feria semel in Pascha erit vtiq; celebrandum: Si autem Dominici diei, & sextæ feriæ per singulas hebdomadas reparanda imago est; dementis est, bidui agere consuetudinem, Sabbato præter misso, cum non dispar habeat causam à sexta videlicet feria, in qua Dominus passus est: & quando ad inferos fuit; vt tertia die resurgens, redderet lætitiam post biduanam tristitiam præcedentem. Non ergo nos negamus sexta feria ieiunandum; sed dicimus & Sabbato hoc agendum, qui ambo dies tristitiam Apostolis & his qui Christum secuti sunt, indixerunt. hucusq; de ratione ieiunij diei Sabbati Innocentius: ex quibus patentis mendacij Socrates redarguitur, dum ait, Romæ in Quadragesima ieiunare solitos fideles, Sabbato excepto atque Dominica. Sed sicut ea die ieiunare fideles Romæ consueuerant; ita nefas ducebant, eam feriare diem, ne quid cum Iudæis hac ex parte commune habere viderentur: satisq; Christianæ religioni consultum visum, si (quòd testamentum, ceteraq; mysteria translata essent) mutarent etiam Sabbatum in Dominicam, cùm ea potissimùm dies tot tantisq; esset cumulata Sacramentis: de qua translatione hæc Tertullianus in Apologetico: AEquè si diem solis lætitiæ indulgemus, alia longè ratione quàm religione Solis; secundo loco ab eis sumus, qui diem Solis otio & victui decernunt, exorbitantes & ipsi in Iudaico more, quem ignorant.

His sic se habentibus, non est quod quis calumniam facere possit, si in sugillationem prædictarum hæresum, non æquè ac Orientalis, Occidentalis Ecclesia feriaret diem Sabbati, sed ieiunaret: nam tum quod illæ in ipsorum regionibus ortæ essent hæreses, atque potissimùm coaluissent, magis necessarium illis eius antidoti remedium videretur; tum etiam quòd dum illorum hæresim ea ratione improbasse, alia tamen ex parte Ebionæis fauisse ipsa occidentalis Ecclesia visa esset; nam & hi pariter colebant diem Sabbatum atque Dominicum, vt de eis scribit Eusebius. Est de ieiunio Sabbati canon Concilij Eliberini, & alius Agathensis, ac pleraq; alia testimonia sanctorum Patrum. Non enim Romana tantum ac eidem propinquæ Ecclesiæ idipsum de ieiunio Sabbati seruare solitæ erant, sed & remotæ etiam, vt tradit Hieronymus scribens ad Augustinum. In Africa enim apud nonnullas ecclesias, & inter alias Hipponensem eandem consuetudinem viguisse, ex his quæ Augustinus scribit, satis perspectũ habetur. At præter antiquiores illos qui eodem argumento tractationes memoriæ mandauêre, quæ & excidisse noscuntur, Hieronymus & Augustinus cùm de ea quæstione consulerentur, in eandem pariter conspirantes sententiam; cuiusq; ecclesiæ consuetudinem seruandam esse, scripserunt: quod & Ambrosius S. Monicæ eadem quærenti æquè respondit. Abundet igitur (quod ait Hieronymus) in his vnaquæq; prouincia in sensu suo; & præcepta maiorum, leges Apostolicas arbitretur. At de ieiunio Sabbati satis.

PRO

PRO CAP. XXIII.

GRÆCI semper adscribũt imaginibus nomen eius, quem imago repræsentat; neque ullam vel colunt, vel colendam arbitrantur, cui non sit additum nomen, & Latinos adeo auersantur, vt si etiam ipsa Saluatoris nostri imago Latinis literis signata sit, renuant eam colere. Similis fere sensus Ruthenis, de quibus in sua Moscouia Posseuinus, Ducem Moscouiæ alloquens. *Quod Rutheni tui mirantur nos pijs imaginibus nomina eorum sanctorum quos repræsentant, non semper (vt ipsi faciunt) adscribere; scito si nominum illorum adscriptio ideò necessaria est, vt quos sanctos repræsentent, ex ea, sancti illi viri agnoscantur, iam eam haud necessariam esse eis, qui illas agnoscerent: Catholicis autem primo aspectu innotescere Christum crucifixum, Beatissimam virginem & pleraſq; alias sanctorum imagines, quis dubitet? præterea, si nominis adscriptio necessaria sit, quid illa faciet idiotis legere nescientibus, quales plerique omnes sunt Rutheni, cùm potiùs ipsamet imagines loco literarum, & scripti, idiotis adhibeantur? Quod si dixeris (vt mihi tui dixêre) in ipsa nominis adscriptione virtutem aliquam consistere, tu sapiens es, qui intelligas in notis eiusmodi nullam, sed in sensu ac viua fide sitam esse vim atq; virtutem. Ac tamen non improbamus eorum consuetudinem, qui pietate, non superstitione adducti, nomen imaginibus adscribunt, vt alij (cùm quòd ignorant, intelligant) ea etiam ratione pius à prophanis imaginibus, dignoscant; quòd sanè crebro Latini quoq; catholici faciunt.*

PRO

PRO CAP. XXIII.

IMPROBANT ijdem Græci, & Rutheni, eorumq; contribules ſtatuas Chriſti & ſanctorum ſiue ſculptas, ſiue fuſas: tametſi pictas admittunt; de quibus idem Poſſeuinus. *Errant, Græci, cùm putant, non licere Chriſti Domini imaginem ſculpi, non intelligentes ſculptilia à Deo fuiſſe prohibita, vt pronos ad Idololatriam Iudæorum animos, ab eadem auerteret. verba enim hæc, non facies tibi ſculptile, ad eos pertinebant, qui idola Beelzebub, Dagon, & aliorum dæmoniorum ſic adorabant, vt illis etiam immolarent ac thus offerrent. At verò exoriente Chriſti luce ſic idololatria depulſa eſt, vt iam liceat veri Dei & hominis Chriſti Ieſu ſanctorumq; ſeruorum ſuorum memoriam omnibus pijs modis excitare, & ad mentem reuocare. Quin verò ſi illis verbis ſculptas ſanctorum imagines exiſtimant prohiberi: cur item picturam iſtarum, quales permultas Rutheni venerantur, non putant prohiberi ſequentibus verbis? Neq; omnem ſimilitudinem: quæ vel in cælo deſuper, vel in terra deorſum. Cur item D. Nicolai ſculptam alicubi habent imaginem, ſicut ipſi tua in Ruſſia his oculis vidimus?*

FINIS.

IN-

RERVM PRÆCIPVARVM, QVÆ IN HIS QVATVOR LBRIS MANVELIS CALECÆ contra Græcos continentur.

A.

ACCidens nullum in Deo. 184
Accidentia extra ſubiectum in Euchariſtia. 332
Ambitio ſchiſmatis principium. 322. (326
S. Ambroſius à Synodo quinta vniuerſali laudatus. 163
Amici viri, amicior veritas. 399
S. Anaſtaſius Antiochenus Patriarcha pro tomo S. Leonis Papæ reſpondet. 163
S. Anaſtaſius à ſexta Synodo receptus & laudatus. 163
Andronicus ſenior Palæologus Imp. 318.319
Andronicus Imper. quatuor Patriarchas abrogauit. 319
Antiquiora non ſemper veriora vel meliora. 342
Apoſtoli ſæpius acceperunt ſpiritum ſanctum, ſed diuerſimodè. 179. 180
Apoſtoli totum luſtrarunt orbem. 337
Apoſtoli animorum prouiſores ſeu curatores, omnibus omnia effecti. 340
Apoſtoli circumciſionem ad tempus permiſerunt, vt plures ex Iudæis acquirerent. 341
Apoſtoli vt medici, curam animarum gerentes. 375
Apoſtoli duces cæteris, vt bonorum omnium, ita etiam ordinis. 376
Aqua benedicta à Sacerdote ſingulis hebdomadibus ad aſperſionem fidelium. 333
Aqua die magni Sabbati conſecrata, per annum incorrupta durat. 333
Ariſtoteles ſchiſmaticis frequens lingua 345
Arius filium Dei creaturam dicens, ab Eccleſia eiectus eſt. 131. 294. 349
Arius etiã animarum præexiſtentias credidit. 131
Arius etiam in ſpiritum ſanctum blaſphemus. 131
Arius propriam quandam, præter communem, viam ire volens, hæreticus fuit. 349
Arianorum propoſitio: Deus eſt tria. 212
Ariani blaſphemabant filium eſſe creaturam, & filii creaturam eſſe ſpiritum ſanctum. 258
Armenii ieiunant plus cæteris. 337
S. Athanaſius ſolus vel cum paucis auſus

ausus est veritatem confiteri. 153 154.
S. Athanasius cum insimularetur non rectæ esse fidei, symbolum fidei suæ conscriptum ad Iulium Romanum Pontificem misit. 154.
Athanasii symbolum per omnes Occidentis Ecclesias Dominicis semper diebus psallitur. 154.
S. Athanasius Ecclesia sua pulsus, ad Romanum Pontificem confugit. 322.
S. Athanasius Oriente atq; Occidente contendentibus, mediũ se obiiciens utrosque placauit. 395.
S. Augustinus nihil sine testimoniis diuinarum literarum locutus. 185.
S. Augustinus à sanctis vniuersalibus synodus sanctus & eminentissimus Ecclesiæ magister prædicatus. 163.
S. Augustinus modestissimè de se locutus. 168.
S. Augustinus rectæ fidei regulam quadraginta capitulis distinxit. 165.169.
S. Augustinus gratiam vocat spiritum sanctum. 182.
Azyma Eucharistiæ conficiendæ à Christo adhibita. 350.351.
Azyma panes sunt & in scripturis dicuntur. 252.353.
Azymus panis sincerior ac simplicior cum sit, meritò in sacrificii oblatione assumptus. 353.

B.

Baptismi for. inuersa an valida. 17.
Baptismus inuisibiliter operantem emundationem indicat. 174.
Barba tondetur sacerdotibus orantibus. 334.
S. Basilius ab Ecclesia probatus veritatis magister. 349.350.
S. Basilius orat pro defunctis. 363.
S. Basilius fidei veritate apud Orientales periclitante, epistolis suis Occidentales excitat, vt opem ferant. 379.

C.

Caleca persecutionem & exilium passus propter veritatis confessionem. 321.
Caleca vixit tempore schismatis, cum duo essent Romani Pontifices. 368.369.
Caleca Græcus ipse cur cõtra Græcos scripserit. 398.
Causa pro principio sumpta. 18.
Chalcedonense Concilii sub Leone Papa congregatum. 166.
Calcedonense Concilium Niceno symbolo quædam addidit. 295.
Christiani magnum nomen & res. 344.
Christus ianua, quomodo. 328.
Christus in azymo Eucharistiam instituit. 351.
S. Chrysostomus sede sua pulsus, ad Romanum Pontificem cõfugit. 322
S. Chrysostomus pro viduæ iure intantum contra iniurias potenten-

tentium perſtitit, vt & ſede & ciuitate fugaretur. 395.
Cicero inore Græcis Schiſmaticis, cũ fidei rationem reddunt. 345.
Clemens B. Petri in Eccleſiæ principatu ſucceſſor. 376.377.
Concilia vtiliter & neceſſariò coacta. 292.
Conciliorum de fide Sanctiones, æque ac ſymbolum fidei, ſuſcipiendæ, 293. 299. 300.
Concilium nullũ legitimum, niſi cui Romanus Epiſcopus per ſe vel legatos ſuos præſideat. 308. 310.
Concluſio Theolog. & Geometrica. 289.
Concluſiones ſequuntur principia. 304.
Confeſſio peccatorum Sacramentalis. 359.
Conſciẽtiæ infirmæ & vitiatæ indicia. 336.
Conſilia Euangelica. 339.
Conſtantinop. Synodus Niceno ſymbolo quædam adiecit. 293. 294. 297.
Conſtantinopolitana Synodus œcumenica ſecunda, 294.
Conſtantinop. Synodus Niceno ſymbolo quædam etiam detraxit. 295.
Conſtantinus Magnus Imp. Niceno Concilio interfuit, contradicentes omnib. viribus coẽrcens. 319.
Conſtant. I. Chriſtianorum rex Romam B. Pet. ejuſq; ſucceſſorib. deputauit. 377
Conſtantiuus Byzantii ſibi ſedem regni ædificauit. 377. 378.
Conſtantinus de dignitate ſucceſſorũ B. Petri edicta proponit. 377. 378.
Conſtantinus ordinem ſtratoris implet B. Sylueſtro Papæ. 378.
Conſubſtantiale Symbolo à Patribus additum. 293. 294. 279.
Conſubſtantiale Scripturæ conſonum, & è Scriptura deductum. 304
S. Cyrillus rogatus ab Epheſina Synodo, capitula ſua contra Neſtorium hæreticum ſcripta declarat. 127.
S. Cyrillus calumniam paſſus, reſcribit, Domine libera animam meam à labiis iniquis. 129.
S. Cyrillus Neſtorium ad capitulorum ſuorum confeſſionem compellit, minaturq; illi ab Eccleſia eiectionẽ. 298.

D.

Damaſceni locus inſignis de animabus purgatorii viuentium orationibus & eleemoſynis adiutis. 363
Damaſus Romanus Pontifex, coacto Concilio, ſymbolo adiecit, , ex filio procedere ſpiritum ſanctum. 306
Defunctorum memoria. 334 335.
Defunctorũ ſuffragia per orationes & eleemoſynas. 335. 360. 363.
Defuncti, niſi peccata aliqua impediãt, ſtatim beati. 354
Defuncti in peccatis mortalibus, ſtatim damnati. 354.
Dei para, ſemper virgo. 239. 296.
Dei para Θεοτόκος dicta contra Neſtorium. 296. 298.
Deus neq; genus eſt neq; ſpecies, neque in his ipſis continetur. 286.
Deum eſſe nouimus, quid tamen ſit ignoramus. 286.
Deum totum, vt eſt, neque ſcimus, neq; penitus neſcimus. 286
Deus ſimul iuſtus & miſericors. 362
Diebus Dominicis, reſurrectionis Dominicæ, & feria ſexta crucis memoria agitur 340.

S.Dionyſius Areopagita modeſtè & humiliter in ſcriptis ſuis veniã petit. 168. 169.
Diuina neque omnia ſunt ineffabilia, neque omnia effabilia. 348.
Dyptycha, canon Miſſæ. 309.

E.

Eccleſia non ſibi ipſi, ſed hominibus ſingulis de fide ſtatuendi ademit poteſtatem. 293.
Eccleſiæ plenæ ſacris imaginibus. 334.
Eccleſia ſemper neceſſariò veritatem ſequitur, & ambigua omnia diſcernit atq; definit. 350.
Eccleſia præcipit fieri orationes & eleemoſynas prodefunctis. 360.363.
Eccleſia neq; pro ſanctis neque pro damnatis orat. 364.
Eccleſia quomodo ſupra petram fundata. 372.
Eccleſia in Beato Petro ſolidata. 372. 373.
Eccleſiæ ſingulæ B.Petro eiuſque ſucceſſoribus indigent. 374.
Eccleſiæ nauicula periclitans B.Petro gubernante ſeruatur. 374.
Eccleſia in Petri petra fundata. 380.
Eccleſia vitis, fideles palmites. 382. 383.
Eccleſiæ vnitæ benedicunt Dominum. 383.
Eccleſiam eſſe definitam aliquam rem, ſemper veracem, aliis quæ ſunt vtilia & neceſſaria annuntiantem atque agentem. 386.
Eccleſia ſemper verax futura, & infallibilis. 386.
Eccleſiæ auctoritas aperta & manifeſta fidelibus. 387.
Eccleſia vna, ſancta, Catholica & Apoſtolica. 390.387.
Eccleſia antiquum ordinem per omnia cuſtodit. 393.
Eccleſiæ per omnia obtemperandum. 393.
Eleemoſynæ pro defunctis. 335. 360. 363.
Epheſina Synodus. 291.296.
Epiſcopi totius orbis apud Roman. Eccleſiam ordinantur. 393.
Euchariſtię myſterium in ſpecie panis & vini traditum. 174.
Euchariſtia corpus Domini ſub accidẽtibus panis. 332
Euchariſtia in azymo confecta. 350
Eunomius negabat ordinem originis in diuinis. 12.15.
Eunomius creationem filii ſpiritum S. eſſe blaſphemabat. 80.
Euſtratius Nicenus ineptè Chriſtum Ianuam interpretatur. 328.

F.

Fermentum pro dolo & malitia in ſcripturis accipitur. 353.
Feſti dies in honorem Sanctorum ſingulis annis celebrati. 388.
Fides ſola ad ſalutem non ſufficit. 331.
Fides ſine operibus mortua. 331.
Fides externis quoq; rationibus oſtendi poteſt. 348.

G.

Genuflexio coram imagine Saluatoris. 369.
Græci plurimi in Sicilia, & ea quæ magna & antiqua olim Græcia vocabatur, 310.
Græci sæpius ad Ecclesiæ vnionem vocati. 312.
Græci ambitiosi. 327.
Græci proni & faciles ad maledicta & crimina. 327.328,
Græci obstinati in impietate. 329.
Græci sanct. Patres Latinos contemnunt. 330.
Græci quidam Eucharistiam tollunt. 332.
Græci vellent omnes gentes sub vnam consuetudinem inducere. 337.
Græci Latinos causantur non rectè formare signum Crucis. 369.
Græci Latinorum Cruces quasdam adorant, quasdam non. 369.
Græci in Schismate suo peruicaces. 370.
Græci Saracenos potius ferunt & eligunt, quàm Latinos. 370.371.
Græci omnia sacrificia & Sacramenta Latinorum execrantur, 371.
Græcorum malæ consuetudines. 414. & seq. vsq; ad. 423.
Græcorum contra Latinos accusationum vel potius mendaciorum index. 423.
Græcos qui nam Auctores scriptis libris vel impugnarunt vel defenderunt. 434.439.
Græcorum Schismatis quatuor causæ. 407.
Græci nomine potius quàm re Christiani. 272.
S. Gregorius Rom. Pontifex Doct. Ecclesiæ. 167
S. Gregorius Magnus officia & ieiunia vt modo seruantur, Occidentis Eccl. tradidit. 342.

H.

Hæretici ad Patrum testimonia respondentes eos homines fuisse & errare potuisse, confutantur. 170.
Hæretici quod volunt, id putant esse, & contra. 335.
Hæretici defectus quorundam, Ecclesiæ applicant. 335.
Hæretici de omnib. vt sibi similibus sententiam ferunt. 335.
Hæretici vetustatem iactant. 342.
Hæretici portæ inferi á Sanctis dicuntur. 380.
Hæretici seipsos veram Ecclesiam esse & habere putant. 388
S. Hilar. & dicendi vi, & Philos. studiis, & Theolog. sublimitate, & vitæ munditia & miraculorum ostensione maximè clarus. 163.
Honorius Pontifex Romanus à Pyrrho hæretico, hæreseos falso insimulatus. 381.
Honorius Pontifex Romanus à B. Maximo ab omni hæreseos suspicione purgatus. 381.

I.

Ieiunium maximè colunt Armenii. 338.
Ieiunium actiuæ virtutis species non minima. 338.

Ieiu-

Digitized by Google

Ieiunium à ſanctis Patribus ſumma diligentia & cura apprehenſum. 338.
Ieiuniũ cum proximi dilectione, mercedem habet: aliter nocet. 338.
Ieiunium ſextæ feriæ & Quadrag. 339.
Ieiunium Sabbati. 339.
Ieiunia vt modo ſeruantur, à Gregorio Magno Eccleſiis tradita. 342
Imagines ſacræ, in Eccleſiis collocatę. 334
Imago Saluatoris, Latinis inſcripta literis, flexis genibus adorata. 369.
Imago Saluatoris à B. Stephano iuniore defenſa. 397.
Imaginis honor ad primitiuam formam penetrat. 397.
Imaginum oppugnatoribus plurimi usq; ad mortem reſtiterunt. 397.
Interpres quisque verborum ſuorum optimus. 128.
Iudæis lex lata non prodeſt. 282.
Iudæi ſemper legis aſſident literæ. 299.
Iudæi toto die Sabbati comedunt & bibunt. 340.
Iudaizare, pdeliciis & otio accipitur. 340.
Iudæi à veſpera initium diei computant. 351.
Iudæi nequiter & ſine rationali cauſa Paſcha diſtulerunt. 352,
Iudicium extremum quare neceſſarium. (357.

L.

Latini à Græcis tria requirunt. 309.
Latini ſanctarum imaginũ cultores. 335.
Latini vtuntur ſuis conſuetudinibus circa ieiunia. 337,
S. Leo Papa à ſexta vniuerſali ſynodo receptus & approbatus. 163.
S. Leonis de fide literas vniuerſa ſynodus Chalcedonenſis, rectæ fidei columnã appellat. 166.
Lugdunenſe Concilũ ſub Gregorio X. 265.316.
Lugdunenſe Conciliũ ſub Michaele Palæologo & eius anteceſſore. 330.331.
Lugdunenſe Concilium quadringentorum fermè Epiſcoporum. 316.

M.

Mali non præiudicant bonis. 336.
Mali non mutatio, ſed obſeruatio, habet turpitudinem. 344.400.
B. Maximus tempore ſextæ Synodi floruit. 307.
B. Maximus Honorium Pont. Rom. à ſuſpicione hæreſeos purgat. 381.
B. Maximus plurimum temporis Romæ egit pro Eccleſiaſticis negotiis. 381.
B. Maximus Eccleſiæ vnitus, vt pars, non vt caput. 388.
B. Maximus ciuibus ſuis Monotheletis contradicens, & Occidentalibus adhęrens, aiebat, ſe diligere, hos vt Orthodoxos, illos vt homogloſſos. 399.
Michael Palęologus Imp. poſt mortem incorrupto corpore durat. 330.
Michael Patriarcha cognomento Cerulus, Romanũ Pont. propter Azyma ex dyptichis deiecit. 326.
Miracula non ſunt ſanctitatis certa indicia. 332.
Monachi plurimi in ſacro & religioſo habitu per monaſteria degentes, & in lege Domini die ac nocte meditãtes. 390
Monaſteria regia magnificentia extructa. (335.

N.

Neſtorius hæreticus. 127.388.
Meſtorius docebat Chriſtum aliena virtute eſſe vſum, ſicut & ſanctorum ſinguli. 128.

Digitized by Google

Neſtorius Mariam Dei genitricem negat. 298.
Nicena Synodus vniuerſalis. 24.
Nicęna Synodus Symbolo Apoſtolorum non pauca addidit. 293. 294.
Nicephorus Blemmydas monachus & presbyter inſignis. 331.
Nicolaus Epiſcopus Methonenſis in Peloponeſo. 329.
Notiones diuinarum perſonarum. 203.

O.

Oratio ad tonſuram barbæ Sacerdotibus dicenda. 334.
Orationes pro defunctis. 335.360. 363
Orationes pro Sanctis & damnatis nullę. 360.364.
Ordo in diuinis. 11.15.16.20.
Ordo duplex. 12.
Ordo primus bonorum omnium. 376.

P.

Panis à confirmando dictus 352.
Patrum S.S. ſcriptis non acquieſcere ſtolidiſſimum eſt. 132.171.185.
Patres homines fuiſſe & errare potuiſſe, dicentes hæretici confutantur. 170.
Patres Latini & Græci de proceſſione ſpiritus S. conſentiunt. 162.167.191.265.
Patri b. irrogata contumelia in ipſum Deũ redundat. 168.171.185.
Patres iidẽ ſępius eaſdẽ dictiones in Theologia ſecundum differentes intelligentias & ſuſcipiunt, & non ſuſcipiunt. 246.
Patres variis vtentes dictionib., in re conſentiunt. 283.
Patres ieiunium maximè coluerunt. 338
Patres Philoſophiam veluti ancillã Theologiæ adiunxerunt. 348.
Patriarchæ Schiſmatici, vniuerſales, orbis iudices & tertios decimos Apoſtolos ſeſe appellant. 327
Patriarchæ Schiſmatici ſeſe Profeſſores, Duces, Prœceptores & Primarios ſubſcribunt. 327.
S. Paulus Apoſtolus modeſtè & humiliter de ſe locutus. 168.
S. Paulus Apoſt. orat in Trinitate. 182.
S. Paulus aſcendit Hieroſolymam, Petrum honoraturus. 375.
S. Paulus Confeſſor pulſus ad Romanum Pontificem confugit. 322.
Peccata quædam mortalia ſunt, quędã uenialia. 358.
Peccata venialia homines velut vmbra ſequuntur. 361.
B. Petrus Apoſt. Eccleſiam fundauit. 372.
B. Petrus Eccleſię à Chriſto Domino pfectus. 372.373.
B. Petrus Chriſto æqualis habitus in redditione tributi. 373.
B. Petrus omnes alias Apoſt. Eccleſias per ſucceſſores ſuos ſuamq; Eccleſiam erexit & ſeruauit. 374.
B. Petrus præ cæteris diſcipulis à Magiſtro appellatus & honoratus. 374.
B. Petrus primus diſcipulorum ingreſſus in monumentũ vidit & credidit. 374.
B. Petrus primus Apoſtolorũ reliquis reſurrectionem Chriſti nunciauit. 375.
B. Petr. primus in contionib. eſt. 375.376.
B. Petrus vt maiora lucraretur, minora ad tempus contemnebat. 375.
B. Petrus Chriſti ſucceſſor, dux & iudex veritatis, Eccleſiæ princeps. 376.
B. Petrus migraturus ad Dominum, Clementem ſucceſſorem ſuum in Eccle-

Digitized by Google

ſæ principatu ; fidelibus commendat. 376. 377.
B. Petrus Apoſtolorum princeps. 377.
B. Petrus vicarius Chriſti. 377.
B. Petrus in ſuis ſucceſſoribus etiamnum confirmat deficientes. 384
B. Petri fides nunquam defectura, etiam in ſuis ſucceſſoribus. 385.
Philoſophia veluti ancilla Theolog. 348.
Photius illectus deſiderio Patriarchalis throni, Ignatium ſede deturbauit. 321. 322.
Photius ſapientior his qui ante ſe fuerãt, exiſtimatus eſt. 321.
Photius vulpes. 321. 323. 325. 326
Photius circularem ſcripſit epiſtolã contra Romanam Eccleſiam. 322.
Photius inuaſor, nouus Iudas, Schiſmaticus, ſeditioſus, non Chriſtianus. 322.
Photius á Rom. Pontificibus excommunicatus, 322. 323.
Photius à Romano Pontifice Patriarcha appellatus. 323. 325.
Photius Rom. Pontificem S. Patrem appellat. 323.
Photius circamuenit vafricie ſua legatos Apoſtolicæ Sedis. 325.
Photius obiit, cum eſſet Eccleſiarum vnitas. 326.
Piſcatores ſapientiſſimi. 345. 346.
Plato Schiſmaticis frequẽs in lingua. 345.
Pœnitentiæ Sacramentum abæterna dãnatione liberat. 359.
Pœnitentiæ cõfitentibus peccata ſua impoſitæ. 359.
Primatus S. Petri & Rom. Pontificis. 371. 372.
Proceſſus duõ in Deo. 20.
Proprium duplex. 192. 200
Purgatorium, ſiue ignis purgatorius. 358. 360. 361.
Purgatorium tantum vſq; ad extremum iudicii diem durabit. 362.
Purgatorii pœnas viuentium ſuffragiis, eleemoſynis & orationibus plurimum remitti & dimitti. 363
Purgatoriũ ex D. Paul. probatur. 364. 365
Pyrrhus Conſtantinop. Patr. hæreticus, Honorium Pont. Rom. hæreſeos falſo inſimulat. 381.

Q.

Quadrageſimale ieiunium. 339. 363.

R.

Regnum cœlorum quid. 363.
Reliquiæ Sanctorum, precioſis lapidibus ornatæ, auroq; & argento tectæ. 334.
Roma ciuitas ſub cœlo maxima. 380.
Roma à Conſtantino B. Petri ſucceſſoribus deputata. 377.
Romana Eccleſia mater omnium fidelium ac magiſtra. 365. 310.
Romana Eccleſia commune refugium omnium vim paſſorum. 322.
Romana Eccleſia nunquam de fide, niſi congrua ſenſit ac ſtatuit. 314. 372. 285.
Romana Eccleſia cęteras iscentes erexit. 314.
Romana Eccleſia á nemine vnquam de fide reprehenſa. 315.
Rom. Eccleſia à B. Petro fundata, ſemper ad omnes fluctus immobilis perſtitit. 372. 380. 382.
Rom. Eccleſia paſcit aſias Eccleſias. 383.
Romana Eccleſia caput aliarum omniũ Eccleſiarum. 389.
Rom. Pont. autoritas, ſynodos roborat. 307. 378. 379.

Ro-

Digitized by Google

Rom. Epiſc. Eccleſ. Princ. ſupremus, 307
Rom. Epiſc. paſtor primus, & Eccleſię totius pater, vniuerſaliſque Chriſtianor. omnium Iudex. 307. 309. 310.
Rom. Epiſc. memoria in dyptychis, hoc eſt, in Canonę Miſſæ facta. 309. 326.
Rom. Epiſc. vel per ſeipſum vel per nuntios Conc. adſit & præſit. 308. 310. 378. 379.
Rom. Epiſ. hotiũ excommunicat. 322.
Rom. Pontifex nouis Patriarchis mittebat pallũ, virgam & ſandalia. 323.
Rom. Pont. caput Eccleſiæ, ſine quo negotia Eccleſiaſtica dirigi ſtatuiq; non poſſunt. 320. 378. 369.
Romani Pont. duo ſimul. 368. 369.
Romani Pont. B. Petri ſucceſſores & vicarii Chriſti. 377. 378. 379.
Rom. Ep. ſententia ad omnia ſufficit. 378.

S.

Sabellius Afer, vnam tantum perſonam Deum eſſe fatebatur. 146,
Sabellius Trinitatem non admittens, negabat ſe iudaizare. 282.
Sacerdos ſępe Diaconi explet miniſt. 366.
Sancti in cœlo orant pro nobis. 355.
Sancti cum Angelis choreas agunt. 355.
Sancti etiam ante futuram mortuorum reſurrect. beatitate perfruuntur. 356.
Sancti ſecundum corpus necdum beati ſunt. 357.
S. mediatores noſtri apud Deũ. 360. 388.
Sapiẽtia non eſt mala, ppter abuſum quorundam. 348.
Satisfactio pro peccatis per eleemolynam, ieiunium, & lachrymas. 359.
Satisfacere poſſe dignè pro peccatis, gratiæ eſt. 362,
Schiſmatici, ſciſta Eccleſiæ membra, falſæ ſynagogæ. 383.
Scripturæ duplex eſt modus dicendi quæ velit. 303.
Scylax hiſtoricus Conſtantin. 307. 326.
Sepia vt piſcatores effugiat & lateat, atramentum ante ſe vomit. 346.
Septem ſapientibus ſapientiores. 346.
Signum Crucis tranſuersè à dexteris inchoando formatum. 369
Signum Crucis, quomodolibet formetur, fidelib. eſt adiutorium. 370.
Species panis & vini in myſterio Euc. 174
Spir. S. in ordine diuinarum perſon. tertius. 12. 14. 27.
Spiritus S. quomodo à patre per filium. 22. 23. 24. 26. 27. 29.
Spiritus S. in ſacr. literis ſpirac. dicitur. 80.
Spiritus S. imago filii Dei. 113. 115.
Spiritum S. ex filio procedere, in Euang. inuenitur. 135
Spiritus S. per inſufflationem diſcipulis datus. 173. 175. 178. 179.
Spiritus S. quotidie inuocandus. 186.
Spiritus S. charitas. 182. 185. 186. 187.
Spiritus S. gladius bis acutus. 166.
Spiritus S. vnguentum Domini. 167.
Sp. S. ſępius Apoſtolis datus diuerſimodè. 180.
Spir. S. vita, amor, lumen. 182. (. 180.
Spiritus S. patri & filio conſubſtantialis & coæternus, 184. 254.
B. Stephanus iunior Iconomachis imaginum deſtructoribus reſtitit. 308.
B. Stephan iunior Martyr ſub Copronymo ob defenſionem imaginum. 379.
Syllogiſmos qui tollunt, quod humanæ naturæ ppriũ eſt, ipſasq; diuinas ſcripturas tollunt. 287.

Digitized by Google

Syluester Pontifex Rom. Petri & Christi successor, pastorq; primus & magister totius Ecclesiæ. 377.
Synodus quinta vniuersalis. S. Augustini, Ambrosii, Hilarii & Leonis scripta probat. 162.163.
Synodi sanctæ vniuersales S. Augustiuum eminentissimum Ecclesiæ magistrum prędicant. 163.
Synodus octaua á quibusdam dicta, qualis. 323.324.
Synodus nulla robur habebat vel Catholica credebatur, non præsente vel non consentiente Romano Pontifice 379.

T.

Templum diuinæ sapientiæ in regia vrbe famosissimum. 523.
Tempus nullum in vita æterna. 237.
Theodoricus primum hæreticus Nestorianus, postea ad fidem Catholicam rediit. 125.
Theodor. S. Cyrillũ insimulat sparsis epistolis, quasi sibi consentientem. 129.
Theodoritus pœnitens, in Concilio Calcedonensi ab Ecclesia receptus. 130.
Theodorus Lascaris Impor 331.
Theodorus Mopsuestenus Epis. hær. 126.
Theodorus Mopsuestenus alium dixit esse Deũ verbũ, & alium Christum. 175.
Theologia duplex. 22.
Tituli Patriarcharũ Schismaticorũ. 327.
Tonsura crinium Latinis á Græcis obiicitur. 333.334.
Tonsura barbæ Sacerdotum oratione adhibita. 334.
S. Trinitas catenæ comparata. 15.
De S. Trinitate varia exemplа & similitudines. 40. & seq. vsq; ad 45. & 47. 264.

V.

Vetustas quam vim habeat. 342.
Vnitas Ecclesiarum per decem & septem Patriarchas. 326.

ERRATA.

Pag. 26. u. 25. proprium. 27. 7. Filii. 43. 23. Verbum. Ibid. naturaliter. 73. 12. habet. 96. 18. dixerunt. 113. 16. susceperit. 116. 6. patrem 185. 5. Qua. 196. 1. quasi 10 in nomine 243. 8. vti. 250. 10. fonsq; 273. 13. vnam 265. 28. opus post modicum. 268. 26. quoddam. 270. 24. vtpote. 294. 14. esse 305. 6. nihil differt. 312. 7. quod. 299. 9. confitenda 301. 19 subingerit 321. vlt. excidere. 324. 2. Siquis. 313. 17. comprobetur. 345. 6. irradiatus. 352. 25. deriuare. 362. 18. est. 364. 14. ignis. 366. 3. prædicat. qua. 6. illã 371. 17. aliorũ 3737.. posuit, 374. 5. ascensum. 380. 19. prævalituras. 396. 16. veritatem autẽ fidei, tanto propter illam conflatobello, præterite. 448. IV. pro VI.

FINIS.

BIBLIOTECA ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google